



De resurrectione mortuorum, in XV. caput prioris Epistolae Diui Pauli ad Corinthios, Homiliae Christianissimae & lectu dignissimae

<https://hdl.handle.net/1874/428526>

2

DE RESVR

RECTIONE MORTV
ORVM, IN XV. CAPVT PRI
oris Epistolæ Divi Pauli ad Corin
thios, Homiliæ Christianissimæ, &
lectu dignissimæ Doctoris
MARTINI LVA
THERI.

Εἰς τὸν πατέρα ὑμῶν, τὸν Ἰησοῦν τὸν θεόθεντον
αὐτούς, ὃν τωσὶ καὶ ὁ Θεὸς τὸν κοιμή
θεύμες διὰ τὸν Ἰησοῦν, αἵξεις τῷ
ἀντερέστῳ.

FRANCOFORTI EX OF
ficina Petri Brubachij
ANNO XLVI.

MARTI

NVS LVTHERV^S FRATRIBVS
in Domino orthodoxis,
Gratiam & pacem in CHRISTO IESV
Redemptore nostro.



A S Homilias meas in
decimumquintum ca-
put prioris Epistolæ
ad Corinthios, coram
Ecclesia nostra Vuit-
tembergensi habitas, facile passus
sum excipi ab alijs et inuulgari, non
quod multum glorier de magnis et
mirabilibus super me, aut alias me-
liores præ me contemnam, uel præ-
cellere cupiam, sed cum hoc perdi-
tissimo seculo tot exeant pestilen-
tes & blasphemii libri magna spe-
cie, maiore lucro, maxima uero per-
nicie utriusque Reipublicæ: & ipse
mihi conscius sum in his Homilijs,

VNVCUTORIA.

2

Si non omnia, ut res & lector requiri-
rit, certe fideliter & pure pro uiri-
bus me tractasse; libenter video eti-
am istam meam operam inter lu-
pos illos & serpentes produci &
exhiberi, si qui forte his admoniti ui-
tare pestiferos spiritus, & in ouili
Christi retineri possint. Quare mi-
hi mirum in modum placet Vin-
centij mei studium & diligentia,
quem simili video zelo ardentem
cupete, ut & in alijs linguis & na-
tionibus ista cognoscantur, simulq;
illis testatum fiat, quam foedè menti-
ti sint, qui nos apud suos tot criminis
bus reos agunt, fiducia scilicet uul-
pina, quod apud eos loquitur, qui
neq; res neq; linguam nostram in-
telligunt. Sed Deus qui cœpit opus
bonum in nobis, perficiet illud in
laudem nominis sui, & in confusio-
nem Satanæ, & omnium ministro-
rum eius. Bene uale in Domino fra-

EPISTOLA

et charissime, Et quicquid id est ob
sequij, quod hoc opere & obse-
quio offertur, boni consule.

Vuittembergæ septima

Iunij Anno M. D.

XXXVI.

Amplissimis

AMPLIS

SIMIS ATQVE PRUDENTIS=

simis uiris Dominis Consulibus, patricijs & sena-

toribus ciuitatis Hallensis in Suevis,

Vincentius Obsopœus,

Gratiam & pacem in CHRISTO
SEMPITERNA.



VI constantem
& perpetuam ci-
uitatum fœlicita-
tem, uiri clarissi-
mi atque pruden-
tissimi, aut in diui-
tijs & opulentia, aut in incolarum
multitudine & ciuium frequentia,
aut in magnitudine ac ædificiorum
sumptuosis substructiōibus & pul-
chritudine, aut in murorum ac tur-
rium & propugnaculorum altitu-
dine & firmitate collocant; aut situ

EPISTOLA

& natura loci & cœli salubritate,
aut etiā rei militaris gloria , addam
quocq; optimarum legum institutio
ne metiunt, mea sentētia uehementer errant . Siquidem permulta ciuitates quodam tempore florentissime, & his rebus instructissime fuisse reperiuntur, quarum tamen hodie uix ullum extat uestigium . Etenim quæ ciuitas Athenis & Lacedæmoniæ melioribus legibus & institutis fuit instructior , & militari gloria illustrior : quarum hac Lycurgum, illa Solonem prudentissimos legum conditores habuerunt: ut utriuscq; rei bellicæ laudibus summos & clarissimos Duces & Imperatores taceam . Quis autē harum ciuitatum uel ruinam hodie mihi commonstrabit : adeo ut de loco quoq; ubi sit e furerint, magna sit dubitatio . Quid Thebis Aegyptijs fuit augustius & magnificentius?

NUNCUPATORIA.

4

οὐδὲ κατόμην λοι εἰσι, δύλκόσιοι λέγενται
 αὐτέρες ἐξοχεῦσι τοι τοιοῖς καὶ ὄχεσθαι.
 Sed illæ iam solo æquatæ & funditus subuersæ iacent. Idem possum dicere de Megalopoli ciuitate
 Arcadiæ, quæ uel ipso nomine ma-
 gnitudinem suam testatur. Idem de
 opulentissima quondam & poten-
 tissima Carthaginè, cuius saltem mi-
 serandæ ruinæ cernuntur. De qua
 quis non merito cum Valerio Ma-
 ximo, has questiones usurpare que-
 at: Vbi sunt superbe Carthaginis al-
 ta mœnia? Vbi maritima gloria in-
 cliti portus? Vbi cunctis littoribus
 terribilis classis? Vbi tot exercitus?
 ubi tantus equitatus? ubi immenso
 Aphricæ spacio non contenti spiri-
 tus? nempe ista omnia duobus Sci-
 pionibus fortuna partita est. Quor-
 sum attinet huic catalogo addere
 memorabilem illā Semiramidis ur-
 bem Babyloniam; aut Orchome-

EPISTOLA

non tantopere ab Homero celebratum oppidum: Sed omissis gentiliis ciuitatibus, quid fuit unquam interris Hierosolyma munitius: Quid ad omnium rerum affluentissimam copiam defuit Corinthon, nobilissimo totius Asiae quodam emporio: ut tamen hostili ita prostrata ac deiecta, ut hodie Corinthi Corinthus sit querenda, adeo ut non iniuria de huius ciuitatis pulchritudine & pristina magnificentia sic querat Antipater in epigrammatis:

παῦτι πλίσλε πίου κάλος σεο ολρίκόριστος
προστεφαναι τούργην; προτα πελατικές
προνοι μακαρεων; προσώματα; προσαγα,
λέ πέμπαρτοι
Σισύφαι; λαῶνθ' αἵ πτε μοριάδες;
οὐδὲ γυνούδης ιχνος πραυκάμφορε σείο λέ
λεπται.

πάντας ουμάρτας εξεφαπ πόλεμος.
His accedit patrum nostrorum memoria capta Constantinopolis, que una

NUNCUPATORIA.

una abunde documento est, in rebus supra memoratis fœlicem & perennem ciuitatis statum nō posse consistere. Proinde si rem recta via reputare uolumus, eam ciuitatem adeo solam fœlicitatis titulo dignam iudicabimus, cuius ipse Deus custos est Θεός λαοῦ, ut uerum hoc maneat quod rex & Prophetæ dixit; Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilant qui custodiunt eam. Atqui nullius custos & defensor ille esse sustinet, nisi in qua recte colitur, ex animo amat, uere timetur, & eius nomen inuocatur. Sed neque coli, neque amari, neque timeri, neque inuocari recte ibi potest, quod non uerbi sui doctrinā & prædicationem miserit. O fœlicem igitur ter & amplius eam ciuitatem, quam Deus suo uerbo benigne & misericorditer donauit, cuius tractatione uerus Dei cultus, a-

EPISTOLA

mor, timor, & inuocatio discuntur.
Nam si Xenophon, tametsi cminē-
tissimi ingenij philosophus, attamē
ueri Dei colendi omnino ignarus,
non dubitauit cōfirmare, omnia eo
in loco optima spe nō posse nō esse
plena, ubi Dīj colerent ab homini-
bus, quanto magis credendum est
apud Christianos, qui doctrina E-
uangelica certiorem Dei patris co-
gnitionem sunt consequuti, omnia
non optima spe tantum, sed diuinis
benedictionibus esse plenissima, e-
iusq; ciuitatis statum fœlicissimū,
in qua uerus opt. max. Dei cultus
uiget, uerbum eius syncere tracta-
tur, sacramenta ex instituto Christi
recte administrantur, iuuentus nō
solum ad humanitatem, sed ad pie-
tatem quoq; informatur, & cetera
ciuilis administrationis munia ex e-
quo & bono dispensantur. Quæ o-
mnia, uiri sapientissimi, cùm in ue-
stra

N V N C V P A T O R I A . 6

stra Repub . præsens iamdudum
non semel animaduerterim, equidē
ciuitatem uestram, si non hoc mis-
tro & luctuoso seculo fœlicem præ-
dicarem, maligno & inuidio ute rer
iudicio. Siquidē præterquam quod
externis rebus, quæ ad coniunctio-
nem & societatem ciuium tuen-
dam ac retinendam pertinent, affa-
tim instructa est , optimis quoque
& prudētissimis rectoribus, & mo-
destissimis ciuibus abundat : tum,
quod primum & maximum putan-
dum est , religionis & pietatis stu-
dio est addictissima; ita ut Hallensis
Ecclesia (absit dicto inuidia & assē-
tationis suspicio) in qua sanctum E-
uangelium purissime tractatur , o-
mnibus cæteris per Germaniā Ec-
clesijs singulare fidei & pietatis ex-
emplum esse possit. Quippe que in
pura & in syncera doctrina fidei se-
mel accepta constanter perseuera-

EPISTOLA

uerit: nec quouis nouæ & curiosæ
doctrinæ uento permota, passa est
se labefactari, nō Anabaptistarum
sediciose & pestilenti contagio infe-
cta, non sacramētariorum blasphe-
ma impietate subuersa, nec in Papi-
sticam abominationem, simulacrum
ab ea per Euangeliū fuit expiata,
denuo relapsa. Huius fidei uestræ
& in sana doctrina constantiæ, alijs
quoq; Ecclesij testificandæ gratia,
has plane diuinæ D. Martini Lu-
theri Homilias in decimum quintū
caput prioris Epistolæ ad Corint.
de resurrectione mortuorū, uestræ
Ecclesiæ nominatim dicere placuit.
Nec uideor id absurde aut inuito
Paulo Apostolo facere, si eius epi-
stolæ, quam ille scripsit ad Corinthi-
os, saltem particulam aliquam, à
summo id ætatis Theologo, inter
concionandum obiter, sed doctissi-
me enarratam, à me tantum in Lati-
num

NVNCPATORIA.

num sermonem conuersam, uobis nuncupauero. Neq; uero existimetis uelim id aliqua uestra necessitate inductū me fecisse, nisi ut per uestram fidem, etiam apud exteris gentes hoc scripto testatam & prædicatam, nomen Domini glorificeatur, & alijs ad æmulationem uestræ extimulentur. Est enim uestræ Rei pub. ante hoc, à Deo datus & missus D. Ioannes Brētius, qui primus Ecclesiam uestram Euangelico semine diligentissime & fidelissime plantauit, uir præter rariissimas ingenij dotes, Theologiæ scientissimus, potens etiam ad exhortādum per doctrinam sanam, & ad conuincedum contradicentes, cum D. Ioanne Isemanno parocho, uiro doctissimo & ornatissimo, qui ambo ista quotidie auribus uestris instillant, inserunt, et inculcant. Quos uiros, quamquam non ignorem uestræ

EPISTOLA

prudentiæ, cum ob multiplices &
eximias uirtutes & uitæ inculpatæ
sanctimoniam, tum ob multimodā
eruditionem, & quotidiana docen-
di Euangelij ministeria, esse charis-
simos, Christiana tamē charitas me-
monet, ut eos uobis ante uel com-
mendatissimos quoque commēdem.
Et nisi eos parentum loco colueri-
tis & amaueritis, ingratitudinis ui-
tium nunquam deuitabitis, quippe
qui uos in Christo iter genuerunt,
& eidem per uerbum sunt lucratii.
Cæteræ ut hoc munusculum meū,
quod hoc in eûte nouo anno prudē-
tiæ uestræ mittere uolui, uice stre-
næ, prolixius aut ambitiosius com-
mendem, haud operæ precium esse
arbitror. Illud omnibus uotis opta-
dum uenit, ut quanta est impiore et
mundanore hominum hodie securi-
tas, nihil prorsus neque de morte ne-
que de resurrectiōe ex mortuis co-
gitan-

NVNCPATORIA.

gitantium, tāta sit piorum Christianorum uigilātia, solicitude, ac mortis & resurrectionis meditatio: nec cū securis & ipsi in utramq; (quod aiunt) aurem supine stertentes, improuiso Christi aduētu obruamur & opprimamur. Vult Plato, totam philosophorum uitam nihil esse aliud, atq; mortis commentationem, qui tamen nihil certæ spei aut consolationis post hanc uitam videbāt, nisi quòd ancipitem quandam animo immortalitatem somniabant: quanto iustius ea meditatio Christianos decet, quibus certissima consolatio non animæ solum in perpetuū uitiae, sed carnis quoq; resurreeturæ indubitata promissio est proposita. Sed sumus profecto gentilibus philosophis longe gētiliores, & Corinthiorē perq; similes, diuinī uebis subsannatores, ita securam uitā agētes, quasi mors esset mortua, &

EPISTOLA

resurrectio mortuorū anilis fabula.
Ita q̄ timendum est, ne idem quoq;
nobis accidat qd Corint. nempe ua
statio, et crudelissima patrie subuer
sio, nisi resipuerimus. Videtis uiri
prudentissimi, uidetis inquam, quā
tus sit apud multos diuiniquerbi cō
ceptus, quanta despectio, quantū fi
stidiū et facetas, quāta subsannatio,
quanta insuper ob hunc inæstimabi
lē thesauꝝ ingratitudo. Mir si De
us hęc amplius dissimulare poterit,
& nos impune tulerimus. Sed quia
hac de re abundē multa in homilijs
ipſe Luthe. declamat, finem faciam,
ne epistolaris angustię metas transi
liā. Deus et Pater totius miserationis
uestrā Ecclesiā in fide et doctrina sa
na & charitate non simulata, ac spe
non hęsitate constantē et immobilē
conseruet per Iesum Christū Serua
torē nostrę, Amē. Onoltzpacij
mēse Decembri, Anno 1536.

Præfatio

PRAEFA

TIO D. MARTINI LV.
THERI IN ENARRATIO
nem huius capititis.



OTTO hoc capite Diuus
Paulus fidei nostræ arti=
uclum de resurrectione
mortuorū tractat. Huius
autem tractandi & scri
bendi causa & occasio
fuere Paulo, quod Corin
thij nonnullos pseudoapostolos nacti fuerant, qui
illorum fidem labefactabant, & mortuorum re
surrectionem nihil esse docebant. Nonnulli quo
que qui ceteros prudentia & ingenij acumine
anteire videbantur, confirmabant illam iandu
dum completam esse (quorum Paulus alibi memi
nit) coq; uim resurrectionis interpretabantur,
quod per baptismū à peccatis resurrexissemus,
nouauitan amplexi, &c. Quorum doctrini
eò perducebantur, ut crederent (quemadmodum
tempore Christi Sadducei) hominem diuturnio
ri uita haud fruiturum, quam hac præsenti, sicut

PRAEFATIO.

cetera animantia. Eamq; ob causam tantummodo
creatum esse, ut in hoc seculo uitam irrepren-
sibilem transigeret. Atq; haec doctrina fecit, non
parum multos carnades ac plane impios homines
suboriri, nihil prorsus de resurrectione & futu-
ra uita credentes: sed erat illis utraq; ludibrio, &
Christianos more gentium subsannabat, sicut ip-
sorum uerba percensem, quæ iactabant: Quòd si
omnibus nobis resurgendum erit, cuiusmodi cor-
pora habebimus: ubi omnibus locus manendi re-
linquetur: unde uictus suppeditabit uniuicturis,
edituris, bibituris, pueros procreaturis, aliq; na-
turalia opera corporis & uitæ exerciaturis: etc.
Horum impiam subsannationem sequebantur eti-
am alij, qui & ipsi hunc articulum sua prudentia
scrutari & exputare conabantur: quia in tandem
rationi foret consentaneum, omnes nos, iam inde
ab initio mundi natos, resurrecturos, & uiuos,
perinde ut nunc sumus, conuenturos. Itaque hac
sua mani garrulitate, & sinistro studio, Christia-
norum fidem in hoc articulo non mediocriter de-
bilitabant, è resurrectione mortuorum ludibriū
facientes. Sicut id temporis pro dolor iterum fie-
ri uidemus, cum à rusticis tum ciuibus, presertim
uero ab equestris ordinis hominibus, qui inepte
admodum, ac plus quam gentiliter de hac re lo-
quuntur,

P R A E F A T I O.

10

Quintur, cūm student esse prudentissimi, & scri=pture mentionem probe appoti fecerint: cum iam nostra opera ita docti euaserint, ut nos suo magis=terio longè antecellant, & quisq; illorum ad un=guem nihil non calleat. Contra tales tamq; inep=tos sapientiae magistros, qui summi & excellen=tissimi doctores per hiberi studebant, Paulus ne=cessitate & officio adductus ista scripsit Corinthi=is, ne tan perniciosa doctrina latius serperet, & simplicium animos inficeret. Ideo hunc articulum copiosissime tractat, & firmissimis argumentis munit & tutatur, omnes illorum ineptias acutissime refellendo. Quare nobis quoq; posteris ser=uiuit, ut his fundamentis muniti & instructi, hūc articulum hoc fortius retineremus tueremurq;, quum hoc loco tantis scripturæ testimonijs asser=tus & comprobatus sit, præsertim cum hæc ante per Apostolum prædicta sint fore, ut his nouissi=nis temporibus multi subsannatores in Christia=nismo surgerent, qui fidem nostram de summo die postremi iudicij, deq; resurrectione mortuorum, ac vita eterna, naso suspensi essent, & falsissime derisuri Christianos, ut homines stultissimos, qui talia adhuc speraremus, ac propterea nullum non discriminem subiremus, omnimodas iniurias sufferentes, id quod iam propalam uidemus. Lam

PRAEFATIO.

uero uehemeter pudendum facimus est, atq; adeo
ingēs flagicium, imò potius miseranda calamitas,
eo rem deductam esse in Christianitate, non tan-
tum iam in nouissima colluue atq; sentimun-
di, sed statim Apostolorum tempore, eo ipso quo-
uixerunt & docuerunt, ac Christianismum plan-
tarunt & propagauerunt, siusse nonnullos, atque
adeo ipsorum Apostolorum discipulos, qui non
ueriti sunt propalam docere, mortuorum resur-
rectionem & uitam uenturi seculi pro nibilo ha-
bendam esse. Et qui Christiani esse uolebat, ab iis
dem persuadebantur, ut hunc articulum abnegas-
sent, ac pro ludibrio ducerent: in quo tamen bar-
ptizati ac Christianismum amplexi fuerant, in
quo omnem spem & consolationem fixam habe-
re debebant, propter quem omnia nequicquam
amiserant, crediderant, fecerant, & passi fuerat.
Hoc enim sublato articulo, omnes quoque ceteri
sublati & extinti sunt, atq; etiam principalis fi-
dei nostrae articulus una cum toto Christo amisi-
sus & frustra prædicatus est, &c. Siquidem hic
nostrae fidei finis est, quamobrem in Christum ore-
dimus, & regenerationis lauacro mundati sumus,
prædicationem Euangeli & sacramentorum u-
sum exercemus, quod aliam uitam constanter spe-
remus, qua ad Christum perducti, atq; à peccatis,
Discolo,

PRAEFATIO.

11

Diabolo, morte, & omnibus malis liberati, cum ipso perpetuo simus regnaturi. Ad hanc conseq^uentiam qui non laborat, aut uiam affectat, aut tandem insuper etiam subsannat, credibile est il^lum neque de Christo, ac omnibus quae egit, qua^cq;^u nobis largitus est, multa preclare sensurū. Quid enim adeo magnum aut magnificentum ab illo habemus, si preter hāc ærumnosam & caducam uitam nihil præstantius nobis largiri uelit, sed sine ret nos miseros frustra in ipsum credere, & omnia incommoda, difficultates, & acerbitates in cassum pati, quibus Diabolus & Mundus nos quotidie afficiunt, & suis maximis promissis ut mendax & falsiloquius nos deciperet? Sicut Fa^ulus ipse mox dicturus est, Si in uita hac spem in Christum tantum fixam habemus, maxime misericordes omnium hominum sumus. Quod autem matus de Christianis dedecus prædicari possit, quād quod talia apud ipsos prædicarentur, & de ipsorum Christo plura expectanda non foret? Et tamen eō impietatis uentum est, ut ipsi Apostoli hoc à suis discipulis audienda fierint, inq; propria Ecclesia percipienda & uidenda, quare haud dubie magno dolore affectus est, neq; tamē reniti potuit, nisi quid fructus hac epistola exi^gue illi turbulæ attulerit, qua illorum fidem con-

PRAEFATIO.

turbatam & concussam iterum erexit & confir-
mavit.

Cæterum hæc in nostri gratiam scripta sunt,
quibus diligenter præuidendum est, cum puram
& sinceram diuinu uerbi doctrinam habeamus,
ut illud probe agnoscum amplectamur, & mordi-
cus retineamus, ne quid loci ignaviae & securis-
ti concedamus, & illius cito tanquam nausea cor-
repti obsaturemur, ne & inter nos oriatur pœnu-
do apostoli, qui hunc articulum (in quo salutis &
uitæ nostræ summa sita est) labefactent & aufer-
rant. Etenim si Corinthi, ipsius diuini Pauli discie-
puli, quibus purissime uerbum tradidit, tam turpi-
ter lapsi & hallucinati sunt, certe exemplum ni-
mis metuendum nobis est propositum, ut dicti
Paulini memores simus: Qui stat, etiam atq; etiā
det operam, ne cadat, & ne suæ rei nimis certus
sit. Ac sicubi talem confixerimus, aut audiueris-
mus, qui in eiusmodi porcum & gentilem degene-
ravit, ut solliciti supplicibus uotis dicamus: ne
permittas omnipotens Deus & me ad hunc mor-
dum labi. Dicto enim citius nobiscum actum est,
ubi securi & incogitantes fuerimus. Quippe Dis-
bolus nobis insidias moliri non cessat, uerum di-
culo fidem habeamus, aut ad minimum proincer-
to

PRAEFATIO.

72

to ducamus. Papa & Cardinales, alijsq; uiri pri-
marij (potissimum uero qui agunt in Italia) inge-
no, cruditione, doctrina, ratione, & prudentia
quoq; sunt excellentes homines, uerum si in illo-
rum numero tres sunt bunc articulum indubitate
credentes, tum sane multisunt. Quapropter illud
nobis non iniuria exemplo & admonitioni esse
debet, quod præcipua & serè prima inter gentes
Ecclæsia, in qua Paulus diutissime Euægelium an-
nunciavit, ilico simulatq; discessit, in tales sectas
disjecta sit, inq; tam impios errores prolapsa, qui
uel auditu horrendi sunt & terribiles. Quid no-
bis non expectandum est, qui hac tempestate do-
cens Euægelium, cum talia sanctissimo Apo-
stolo à suis discipulis obiecta sint, cui comparati
nihil sumus? Ad hæc utro, ut opus habeat quis
modo erroribus resistere, scribendo, docendo, ad
monendo, & quacunq; uia potuit.

Multo tolerabilius est, ubi talis error apud ue-
sanum uulgas tantum manserit, sicut iam rusti-
cos, ciues, et equestris ordinis homines animatos
uidemus, & ita gentiliter uiuentes, ut Deum &
eius uerbum floccifaciant. Tales enim perinde ut
sues & uaccæ moriuntur, non secus atq; uitam
transegerunt. Sicut rusticus ille apud nostrates
ad parochum suum dixerat, qui moribundum cō-

PRAEFATIO.

uenerat, quæsieraq; num extremam unctionem
uelit aut cuperet, minime uero, inquiens, mi dom
mine, rusticus enim sine unctione etiam mori pos
test. Illud uero inexpiable & plane diabolicum
malum est, ubi hic error etiam publicas concio
nes occupauerit, & articulus hic ab his qui do
cent impugnatus fuerit, & post Paulum sugge
stum ascendunt, ac eius loco Christianos regunt
& ducunt. Vbi tales sua pestifera ora aperuerint,
et id genus errores populo inculcauerint, illi exi
talia incommoda inferunt, præcipue si crudeli
fuerint, & alta prudentia prædicti. Nam ubi cum
que doctores Euangelij, in sana doctrina perseco
raverint, eademq; mordicus retinuerint, semper
Deus tantum largitur gratiæ, ut sint aliqui in nu
mero, qui illam arripiant. Etenim uerbum pure
& sincere prædicatu, sine fructu esse nō potest.

Quocirca toties homines Christianos exhorta
tus sum, atq; etiamnum exhortor, ut summa cu
diligentia suppliciter orent, cuiuscunq; cordi est sa
lutem consequi, quo Deus nobis mutat (id quod
Christus ipse diligenter & impense orandum sua
det) fideles operarios, et eusmodi prædicatores,
qui negotium Euangelicum serio agant, & Ver
bum strenue urgeant, quo facto nullum periculum
nobis admodum pertinet. Siquidem
quotidianis

PRAEFATIO.

23

quotidianis concionibus baptismus, sacramētum,
doctrina, & omnes fidei nostrae articuli, omnesq;
uita humanæ status, puri conseruandi, & ab erro-
ribus vindicandi sunt. Porrò autem si orationi
& precationibus non uacauerimus, & Deum no-
stra securitate, ac uerbi illius facietate & ingrati-
tudine exasperauerimus, tum loco Pauli & bono
rum prædicatorum meros truncos & stipites no-
bis missuris est, quorum opera cum Sacramento
runt uerbi iacturam breui faciemus, & offi-
cio & doctrina priuati. Id quod iam uidemus ali-
quot regionibus & ciuitatibus accidisse, quæ iam
perditorum prædicatorum administratione non
tantum uerbum amiserunt, sed in summas quoq;
acerbitates et angustias perductæ sunt. Sicut Dia-
bolus omni tempore suis mendacijs & seductio-
nibus cedes tantum & exitia molitur. Quod si
sinceri & integri concionatores mansissent, eti-
am doctrinæ sinceras constitisset, nec ulla fuisset
orta calamitas, tametsi populus miris modis insa-
niuisset. Illud enim parum me mouet, si unus ali-
quis agrestis rusticus uerbū ignominia afficerit,
aut obscurus aliquis eques è grege ignobilium no-
bilium ferociter tumultuatur, aut quispiam moro-
sophorum doctrinam Euangelicam contemptim
subfannauerit. Præ illorum enim rabie & uesa-

PRAEFATIO.

nia Christiana respub. unà cum prædicandi officio facile tuta erit. Illud extreme damnum est & pestiferum, cùm ipsi doctores inter se dissident, erroribus fanaticis implicati, Et populus ipse sibi prospicere debet, nec tantum prospicere, sed à suis præparatoribus ipse sibi cauere, quod equidem factu est grauissimum. Siquidem absq; hoc nullo sanè negotio misera & imperita turba facile seducitur, nec potest se ipsa regere aut ducere.

Ideo dico pro horribili exemplo hæc nobis præscripta esse, ut illo admoniti nobis in pensus prospiciamus, ut si inter nos quoq; tales spemalogi spiritus orirentur, hunc articulum nobis attferre aut peruertere haud paterenur. Plurimum enim sollicitior, ne summa nostra ingratitudine mereamur, ne breui emersuri sint apud nos complures, qui propalam hunc articulum sint neganti. Eam ob rem uchemeter operæ pectum est, ut precationi citra intermissionem uacemus, quo saltē conciones ab huiusmodi contagio pure conserventur, quo minus talibus calamitatibus opprimantur. Illæ enim omnibus erroribus facile possunt resistere, & totius mundi iniquitatem ferre. Qui conuertendus est, conuertatur, qui nolit ab erroribus resiliere aut resipiscere, porrò pergit, manebunt tamen penes ueritatem aliqui. Vbi autem

IN XV. CAP. I. CORIN. 24

tem tenebræ totam terram occupauerint, Christianorum numero ad summam penuriam ac paucitatem redacto, & concionibus pestiferi prædicatores præfuerint, fieri non potest quin innumera bilia agmina errorum ibi protinus irrumpant, & false doctrinæ magna copia emergant, prius quam resciuerimus, neq; hunc neq; alium articulum credentes, ac tales prædicatores ferre cogemur, qui nos ineptissimis nugis rationis suæ, hoc est, animalis intelligentiæ, qua etiam porci sunt prædicti, seducent, quiaq; etiam illi apud Corinthios usi sunt, sicut deinceps audiemus copiosius. Quocirca Paulus serio hanc causam suscipit, quod suos ab hoc errore vindicet ac conseruet in fide huius articuli, contra tam pernicioas sectas, quæ certissimis argumentis confirmat, atq; adeo adamantis, ut ne à portis quidem inferorum infringatur subverti possit, dummodo Verbum mordaciter retentum fuerit, nec ullus locus cœcæ & stultationi relinquatur, in eo sapientiam suam demonstrando, quæ nihil sublimius & cœlestium rerum intelligit. Ad hunc autem modum Paulus incipit.

Notum autem uobis facio fratres Euangeliū, quod euā-

HOMILIAE D. MART. LVTH

gelizauis uobis , quod & accepistis,
in quo & statis , per quod & salu-
tem consequimini , quo pacto an-
nunciârim uobis , si tenetis , nisi fu-
stra credidistis.

HAEC quasi prelationis loco dicta sunt,
quibus statim initio illos retrahere nitit
tur, & ab huius articuli disputatione ad
Verbum traducere, quod illis annunciat, ac per
riter admonere, ut cogitent in eo constanter per-
seuerare quod audiuerunt, neq; se mouendos ex-
hibeant, aut aliud genus doctrinæ arripiant. Pun-
git quoq; modestis et occultis uerbis Corinthios,
quod tam longe à Verbo se duci permiserint, eo-
que uentum sit, ut illius iteratione opus habeant,
eius obliuisci non debebant: nec caret dedecore,
quod de integro Euangeliū illis proponendum
est. Sed ita usu uenire solet, sicut dixi initio, ubi
falsi doctores locum & copiam dicendi nacti fue-
rint, ibi sanæ doctrinæ obsaturati, quid illi garri-
ant, non animaduertimus , quo sit ut subinde lon-
gius ab illa protrahamur, usq; dum in uniuersum
illius obliuiscimur.

Propterea talibus uerbis exorditur: Notum
nobis facio fratres &c. Quod est: Video necessaria

IN XV. CAP. I. CORIN. 19

rium esse fratres, ut in uobis admonendis & exhortandis segnes non simus sed seduli, corumque commonefaciendis, quæ primitus me docente didicistis, ne illa ex oculis & corde uobis auferre se natis alijs doctrinis & prædicationibus. Hæc cum nisi diligenter & sedulo exercitata & incubata fuerint, ita ut cor sedula agitatione in illis meditandis uersetur, iam amplissima fenestra omnibus seductionibus aperta est, puram doctrinam extinxitur & ablaturis.

Notum autem uobis facio (inquit) illud Euangelium, quod ego Paulus uobis annunciaui. Videlicet alios quoque hoc nomen usurpare uelle, quod Euangelium prædicent, & hoc ipso doctrinam mean student opprimere, ut quod ego docuerim nullius momenti censendum sit, ipsi autem ueritati Apostoli & Euangelice doctrinæ magistri perhiberi uolunt, & soli hanc gloriam & opinionem auferre, qui Euangelium recte docere calleant. Quare iterum mihi commonefaciendi & excitandi estis, ut retro cogitetis, animoque expendatis, quid à me acceperitis. Neque enim ab alio primus atque à me acceperitis & didicistis, ut iam instructi sciatis quid Euangelium, quid Christus, quid fides, & reliqua Christianæ doctrinæ partes sint. Quas si in memoriam non oscitanter res-

HOMILIAE D. MART. LVTH

uocaueritis, in illis proculdubio firmiter perseuerabis, neq; aliorum Thrasonica iactantia & uanitate ad aliam doctrinam uosmet traducere permittetis. Nam si uere & serio Euangelij ratione habendam existinatis, & penes illud manere debetis, quod initio uobis annunciatum est, ac meo opera plantatum, & à uobis acceptum & creditum. Quippe me primum fuisse in confessio est, qui Euangeliū de Christo uobis apportarim, cuius annunciati & communicati gratian secundum Deum mihi debetis, quo in tantam cognitionem peruenistis. Ideo tam in leui uobis ponendum nō est, multo minus concedendum, ut ab illo perturbamini per eos, qui cōtra me se falso & arroganter iactant Euangelij, quasi tales sint, qui melius aut dexterius illud uobis tradere calleant, persertim cum uos de nullo Euangilio uel minimum apicē nosceretis, nisi ego ad uos uenissēm. Quin etiam illi ipsi, quotquot sunt, eadem cæcitate uobiscum affecti essent, nec ullam literam Euangeliū tenerent, nisi à me audiuisserent & didicissent, quo nunc contra me utuntur, ac uos sub illius pretextu ac nomine à uero Euangilio abstrahunt & auellunt.

Etenim Diuo Paulo idem accidit, quod hoc temporis

IN XV. CAP. I. CORIN. 16

temporis nobis per spiritus fanaticos factisit ne-
gocium, posteaquam Euangelium nostro studio
& opera iterum in apertum prolatum est, et ip-
si primitus a nobis didicerunt, in nostram messem
missa falce semet impudenter intrudunt, parato
iam per nos loco & facta via Euangelio. Itaque
quicquid a nobis recte doctum & plantatum est,
hoc illi perdunt & euertunt funditus, magistri
nostris esse cupientes, qui omnia meliori ratione
Christianis quam nos tradere gestiunt, quamvis
citra nostram operam nullum uerbum de Euan-
gelio unquam didicissent. Ita quoq; Paulo feren-
dum fuit, mox a suo discessu ex discipulis suis e-
mersisse aliquos, qui se multo prudentiores &
eruditiores existimabant, uolentes omnia suo ma-
gisterio reformare & emendare, tanquam Euan-
gelium a Paulo prædicatum nihil esset. Et tamen
nihil aliud efficiebant, quam quod sub nomine E-
uangelij omnia peruerterebat & perdebat, ac
meritis seductionibus auditorum suorum ani-
mos inuoluebant.

Adhuc nouisti, inquit, quod non solum pri-
mitus Euangelium per me uobis annunciatum
sit, sed quod neq; sine fructu ad uos peruerterit,
neq; in fructuose penes uos manserit. Nam per
gratiam Dei illud sic amplexi estis, ut uerum Eu-

HOMILIAE D. MART. LUTHERI.

gelium, per quod gratiam diuinam & spiritum
sanctum accepistis, & ex animo in Christum cre-
didistis. Quin etiamnum, quotquot uestrum Chri-
stiani sunt, saltem per illius Euangelij uirtutem sta-
tis, quod a me accepistis. Nec tantum statis, sed per
hoc salutem quoq; consequemini. Ideo penes illud
uobis manendum est, nec hiante ore captare de-
betis aliud, ineptissimis fabulis illorum adducti,
qui meam doctrinam uobis contemptibilem &
uauseabundam faciunt, tanquam nullius momenti
estimandam, & illi tales sint, qui longe sublimiora
docere sciant.

Quanquam enim de doctrina mea nihil alia-
ud haberetis, saltem fructum intueri dignemini,
quem Euangelium meum apud uos produxit: cu[m]
hoc comparete id, quod illi uos docent, num quid
dam prestantius uobis offerre possint, tum clare
uidebitis atq; adeo palpabitis, uos per meum Eu-
angelium factos esse Christianos, atq; in eo bapti-
zatos credidisse: Quia in fide adhuc stantes salu-
nibus illi effectum non dederunt, sed neq; hodie
efficere possunt. Neq; enim prestantius Euange-
lium expromere aut proferre queunt, quod meo
esset efficacius. Et si unum aliquem predicatorum
Euangelij sequendum putatis, ego certe pre omni-
bus

IN XV. CAP. L CORIN. 15

nibus ceteris uobis sequendus eram, qui primus
Euangelium uobis annunciaui: quod etiam illis &
me discēdum fuit, cuius rei uos testes habeo, quod
illud sincere docuerim, per quod spiritū & mul-
tiplices fructus percepisti. Itaq; quanquam mul-
tum arroganter semet iactent, & plurimum sibi
arrogant, meq; extreme apud uos contemnant,
tonen meliora docere non possunt, etiam cùm o-
mnium optime docuerint: quanquam à recta &
sanā doctrina omnium maximè abhorreant, quo-
fit, ut omnia peruertant & extinguant, ut cùm
Euangelium tūm fructus eius iterum amittere
coganimi. Cur ergo uosmet illorum frigidissimis
nugis & ineptijs turpiter dementandos & de-
cipiendos exhibetis?

Ceterum Paulo & alijs sanis prædicatoribus
ita gloriabitibus (quibus ita de Euangelio suo ne-
cessario gloriandum est) quod soli recte doceant;
fanatici spiritus hæc audientes præ furore tatum
non disrumpuntur, atq; in hæc uerba tanquam fi-
riosi prorumpunt: Quāta uero est istius hominis
superbia & arrogantiæ nihil aliud scientis quam
Thrasonem agere, quasi ipse solus calleat omnia,
& ceteri omnis doctrinæ rudes essent, nec alijs
pariter esset communicatus spiritus &c. Atq; his
nostris rationibus singularem quoq; speciem, colla-

HOMILIAE D. MART. LVT.

similem humilitatem, ingentem deuotionem &
meros spiritus norū simulare & affingere. Qui
bus rebus adducta multitudo, & rem seriam agi-
Fanaticorum existimans, sturnatim & graculatim aduolat,
duæ præro- & arrestis auribus astat. Quinetiam alias fanatici
gatiuæ. ci spiritus duabus de causis longe meliori loco
sunt quān nos apud populum, una est curiositas,
altera facietas seu nausea. Sic enim uulgas iam lo-
quitur: Quid? Ille uero præter baptismum, decent
præcepta, orationem dominicam, quæ pueris iam
nota & detrita sunt, docere nouit nihil. Quid est
quod subinde eandem cantilenam nobis occinit,
& eadem subinde inculcat? Cui autem hæc obsec-
rasunt? Neq; enim semper eadem materia tracta-
da est, sed aliud quoq; proferendum, & pergen-
dum, &c. Et hoc est, Verbi diuini nausea & facie-
tate corripi, cui accedit curiositas. Evidem, in-
quiunt, ille nobis quoq; audiendus est, quum uir-
sit cum primis probus & eruditus, &c. Hanc illi
occasionem & opportunitatem nacti, multitudo
nis curiositati etiam atq; etiam subseruunt, &
quæ possunt illorum dant auribus, dicentes: Chri-
stissimi fratres, hactenus quidem satis superq; unā
eandemq; materiam audiuitis, altius uobis ueni-
endum est, nec tantum unus semper, sed alij quoq;
que audiendi & probandi sunt. Hæc uerba stupis-
dum

IN XV. CAP. I. CORIN. 13

dum & mobile uulgas cateruatim sequitur, fricā
dum & titillandum talibus nugatoribus semet
exhibens, auresq; & animum intentissime arri-
gens, ac quicquid dictū fuerit audiisse deuorās.

Et hoc est quod Deut. cap. 29. Moses dicit: Ab-
sumit ebria sicut uentem. Siquidem doctor ebrius est,
& plenus Diaboli, ut eructet & exhalet crapu-
lam, ipsi autem curiositate affecti sunt, pro cuius=
uis arbitratu & libidine se duci & doceri per-
mitunt, ut illi qui semper discunt, neq; tamen un-
quam ad ueritatis cognitionem perueniunt, sicut
Paulus ait. Talis quoq; Ecclesiae status post nos fu-
turus est. Passim temulentii lurcones inuenientur,
tales impietates in populum euomituri: Putásne
hos omnia nouisse? aut te illos recte intellexisse
plura adhuc tibi perdiscenda sunt. Atq; his uer-
bis talis prædictor uniuersam multitudinem ad
inferos haud difficulter præcipitare potest.

Iam qui à talibus tamq; periculosis impugna-
tionibus tutus esse uoluerit, & rectam uiam per-
sequi, ille hoc consilium arripiat, ut id quod di-
uus Paulus docuit, mordicus & constanter reti-
neat, nec magnopere curet quid alij contra Pau-
linam doctrinam ganniant, quamlibet tandem
splendide & gloriose apud uulgam se & sua ia-
gitent. Siquidem hoc loco audis, cuiusmodi fru-

Doctor impia-
us, & discipu-
lus hauriens
malā doctri-
nam, pereūt
simul.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Evangeliij
fructus.

Etus Euangelium Pauli apud Corinthios prodit
xerit, atq; etiam apud Christianos profert, ni
mirum quod per illud omnes Christum amplexi
et salvi facti sint, et adhuc salvi fieri debent.
Hanc salutarem et diuinam uirtutem per Euangeliū
habentes, quid est quod curiositate ducti
aliud queramus? aut nos in errores ultro duci si-
neremus, erronee et peregrinæ alicui doctrine
inhiates, qua ut lupi hiantes turpiter falleremur?
Quod enim aliam viam nobis monstrat, pro
comperto habendum est, illud non perinde bonū
esse, sed erroneum, fraudulentum, et suspectum
seductionibus, cum id nobis proponat, quod antē
per Euangelium nobis in promptu est, et quod
tantum facit ut Euangelium cum suis fructibus
funditus abnegatum habeatur despiciatur. Ideo sic
cū illis loquitur, tanquā exhortatiōe amplius nō
cegerint, saltem memoria repetant, uideantq; quid
aceperint, et quomodo Christiani facti sint. Hoc
enim diligenter considerato (inquit) facile acce-
ptam doctrinam retinebitis, et ab omnibus erro-
ribus et seductionibus tuti eritis. Neq; enim dif-
ficii aut obscuro discrimine meam et illorum
doctrinam inter se potestis discernere, atq; ita illa
diciū facere, quid ab utraq; acceperitis, num me-
liora q̄ Euangelium meum producant, cuius bene-
ficio

IN XV. CAP. I. CORIN. 19

ficio salutis participes fieri debetis. Animaduer- Verbum ui-
te uero, hoc loco Paulum de uiue uocis prædica- uæ uocis.
tione diserte loqui, per ipsum facta, cui hanc lau-
dem & titulum tribuit, quod per illam adeo so-
lent & salvi fiant. Quæ dicta sunt cōtra no-
strorum spirituum cæcitatem, externum uerbunt
& sacramentum aspernantium, & illorum loco
suis nenia proponentium.

Addit autem pro sua animi in Corinthios so-
licitudine admonitionem, ubi inquit, Si tenetis
quo pacto annunciarim uobis, nisi frustra credia-
dis. Dura sunt hæc uerba & aspera, & tamen
amicæ dicta & suauiter, ut uideant Corinthij,
quām paterno animo erga ipsos animatus & af-
fectus sit: tum quām ipsi sint curæ & solitudini,
ita dicere uolens: Scitis haud dubie, quid uobis
prædicarim, modo memoria tenere uelitis, inq;
eo perdurare, nec in aliam sententiam per homi-
nes fanaticos traduci. Auditis præterea quid alij
doceant, quæ si inter se composueritis, ueritatem
deprehendetis. Nisi fortasse ea omnia obliuioni
iam tradidistis, & frustra, quod non spero,
credidistis.

Loquitur enim ut probus & fidelis prædica-
tor, qui optima quæq; de illis sperare debet, & ta-
men quoq; esse solitus. Studet una opera illorū

HOMILIAE D. MART. LVT.

animos & consolatione erigere, ne in desperatio-
nem prolabantur, tum quoq; admonere, ne sint
ab omni cura uacui, sed sollicite cogitent, quod pe-
riculum & incommodum ipsis sit propositum,
si non constanter in eo, quod à Paulo accep-
runt, permanerint, ita loqui uolens: Pro certo
uobis dico, nisi immutabili animi decreto accep-
tum Euangelium retinueritis, sed alijs docenti-
bus operam dederitis, ne quicquā ego uobis pre-
dicaui, & uos ne quicquam credidij is, suntq; suā
stra omnia, quae prius de Christo, Baptismo, & Sa-
cramentis audiuitis: nec ulla salus uobis est spe-
randa aut expectanda, sed de omnibus que accunq;
unquam egistis semel actum est. Hoc fructus & lu-
cri facitis, illos audiēdo, qui aliquid aliud & pres-
stantius se docere iactant. Quare meum officium
facere uolui, et excusatus esse, ut qui fideliter uos
monuerim & incommodi & perditionis uestrae.
Siquidem Euangeliō apud uos ineffaci manen-
te, nec eos fructus, quos debet producente, culpa
non in me, sed in uobis hærebit. Neq; enim predi-
candi diligentia & sedulitas desyderari potest,
cum pleno (quod aiunt) ore, id quod accepi uobis
impertiuermi, sicut in sequentibus dicturus est.
Proinde uos in culpa eritis, qui in doctrina mea
non perseverastis. Sin autem illā retinueritis, tunc

IN XV. CAP. I. CORIN. 20

quo pacto illam uobis tradiderim, non ignoratis.
Neque enim eo modo, quo illi nugantur, docui, ne-
mirum quod humanæ rationis captum & intelli-
gentiam sim sequutus. Tali enim mundana ratio-
ne prædicandi, perditur & amittitur certissime
Euangelium. Nam si eam uiam docendi, quam ego
sequutus sum, amisi sis, tum fidem quoq; , & om-
nia que ad salutem uestram pertinent, una amisi-
sis. Quod equidem tum dictu tum auditu horren-
dum foret, quodq; satis nos monere debeat, ut om-
nibus modis solliciti Euāgelium ab Apostolo Pau-
lo prædicatum constanter conseruemus.

Ita Apostolus, ut diximus, initio ab omni uer-
borum disceptatione & logomachia, ad unicum
uerbum Dei nos trahit, quod à Christo accepit, et
Corinthios docuit. Eadem opera illud quoq; no-
bis monstrat, quid in omnibus articulis fidei no-
bis faciendum est, qua de repro concionibus sem-
per uerba facio: fidei scilicet uno Verbo niten-
dum esse, omnibus cogitationibus posthabitatis, ali-
oqui fieri non potest, ut solida & inconcussa ma-
neat & retineatur. Nam humanæ sapientiae &
rationis iudicium aliter concludere non potest,
atq; coram oculis cernit & sentit, aut animi sensi-
bus consequitur. Fidei autem supra omnem sen-
sum & intelligentiam concludendum est, & illi

In articulis fi-
dei quid facie-
ndum.

HOMILIAE D. MART. LVTH.

adhærescendum, quod ipsi per uerbum offertur.
Sed hoc ratione & humanis uiribus assequi non
potest, quod spiritus sancti opus est, Alioqui fide
& spiritu sancto nihil opus esset, si tantar e
tione comprehendendi possit, aut si illud spectandum
foret, quod rationi esset consentaneum, aut quod
ab illa dispareat. Sicut in hoc articulo, quo car
nis resurrectio mihi credenda est, hoc est, quod
omnes homines uno die iterum sint reuicturi, &
corpora ac animæ nostræ, ut iam unitæ sunt, de
novo conuentur & hæc, inquam, credere, humana
rum uirium non est, nec artis nostræ. Siquidem
hic præsto est ratio, non plus faciens, quam quod
oculos in opere defixos habeat, sicut propalam
cernitur, num irum quod mundus tanto tempore
steterit: quod omnes alterna morte absumantur:
omnibus in morte manentibus, ac in sepulchro ci
nescientibus: nec ullus inuentus est unquam quire
dijsset. Adhæc, ita miserabiliter homo moritur
& perit, ut certum sit nullum animal aut cadaver
sœdius & æruginosius computrascere. Alius in
puluerem concrematur: hunc pisces, illum deuo
rant uolucres. Est cuius crux habet Britannia, bra
chium Germania, cranium Gallia: alter in plus q
mille frusta dissectus est, quemadmodum sancto
rum reliquiae diuersis in locis commonstrantur,
1216

IN XV. CAP. I. CORIN. 31

lam si hunc articulum ratio penitus expenderit,
illico actum est. Tot enim absurdis, ineptis, et miri
ficiis cogitationibus obruitur, ut non possit non di-
cere, resurrectionem mortuorum bullatas nugas
esse & anilia commenta. Id quod in alijs diuinis
rebus quoq; usu uenit, ratione uerbum Dei suo ca-
ptiu metiente & excogitante. Exempli gratia.
Qui sua peccata et crucem sentit conscientiae, nec
proximus uerbo gratiae & remissionis per Christi
sum parte se munit, sed peccata tantum sua con-
templatur, ac legis minas meditatur, qua cum si a
nistro marte contendit & dimicat, ille a peccato
ru condonatione certe fit alienissimus, ac gratiam,
que per fidem apprehendenda erat, plane amisit.

Idem omnibus haereticis in summis de Christo articulis accedit, sicut hodie nosris spermologis super baptismō & sacramēto Eucharistie fit, uerbo diuino nude non credentibus, sed rationis iudicio meditantibus & cogitantibus, quae aliud nihil potest dicere, atq; panis est panis, aqua est aqua. Quomodo uero panis corpus Christi, & aqua lauacrum animæ esse possit? Neq; enim potest aut uult penes uerbum manere ratio, nec illi se captiuam exhibere, aut cedere: sed uult potio-
rem locum esse sue sapientiae, & pro suo arbitra-
tu cuncta intelligere atq; interpretari. Cumq; uero

HOMILIAE D. MART. LVT.

deat ab ipsius intelligētia & sensibus in tantū dī
screpore, cumq; experientia pugnare, sit ut à uer-
bo prorsus deficiat & abneget. Aut si cōuicta fue-
rit, tum uerbum quibus modis potest torquet, ac
pro sua libidine fingit & refingit, quo cum suo
sensu concordet & quadret, & ne fidei locus re-
linquatur, sed rationi cedat & pessum eat.

Verbo capti-
uanda ratio.

Verum contra hæc omnia, quæ ratio suggestit,
aut exputare & inquirere nititur, imò, que om-
nibus sensibus sentiuntur & percipiuntur, uerbo
Dei armatos nos esse oportet, & illud adeo solū
sequi. Quāquam enim propalam uideamus homi-
nem terra condi, & ibi in puluerē redigi, & uer-
mibus escā fieri, ut uelit nolit prorsus absimilari
necessē est: præterea tametsi sentiam me uehemē-
tissime à peccatis urgeri & grauari, uerferq; in
summis angustijs conscientiæ, ita ut oneri suspen-
do impar esse uidear, fidei tamen contraria est ob-
timenda sentencia, & uerbū mordicus amplecten-
dum in utrisq; partibus iam memoratis. Nam si
secundum id quod uides & sentis iudicium facea-
re uolueris, & uerbo diuino tibi proposito sen-
sum tuū opponere studueris, ac dicere: multa qui-
dem mihi dicis, sed longe alia cor ad me loquitur:
q; si sentires quæ ego sentio, alia dicturus es; etc
hæc, inquam, cogitando, uerbum Dei in corde nō
habes

IN XV. CAP. I. CORIN. 22

habes, quod tuis cogitationibus, ratione, & medi-
tatione oppressum & extinctum est. In summa, si
Verbum Dei non maioris momenti, autoritatis, exi-
stimationis & precij apud te fuerit, q̄ omnes sen-
sus, oculi, cor, ratio, & intelligentia, tum perirebant,
nec superest ulla via ferendi auxiliū. Siquidē arti-
culus fidei, nō rationis aut sapientie tuae dicitur,
sed nec humanarum viarum aut potētiae. Ideo hoc
quog; loco secundum Verbum tibi iudicandum est,
nō habita ratiōe, quid uideas aut sentias. Ego qua-
que peccati & legis onus, neq; non Diabolū sen-
tio, sub quibus oppressus tanquam sub graui fasce
iaceo. Sed quid facerē? q; si secundum id quod sen-
tio & possum, mihi iudicandum est, tum mihi &
omnibus hominibus desperandum et periculum est.
Sim autē me exceptū & adiutum cupio, tum istae ua-
ne cogitationes abiectae sunt, et Verbo erigen-
dus animus, ac ita dicendum: sentio quidē iram Dei,
Diabolū, mortē et inferos, aliud tamē diuinascriz-
pturaloquitur, scilicet q; Deum habeā clemētem
& propiciū, idq; Christī beneficio, q; meus est Do-
minus atq; protector contra Diabolū et oēs crea-
turas. Sentio reuerā et uideo, mihi et omnibus ho-
minibus in sepulchro computrēscendū esse, aliud
tamē Verbum diuinū permittit et loquitur, me glorio
se a mortuis resurrectū & perpetuō uictū.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Mortis, peccati &c. dominii quomodo. Hæc fidei ars est & sapientia, mundi sapiens infatuans, quæ hanc stultam doctrinam esse opinatur, ita incepit garriendo: Euangelium quidem aliter dicere haud nouit, quam nos mortis, peccati, & omnium rerum fore dominos, cum tam longe diuersum quotidianis experientiis deprehendamus, nulla uita in nobis remanet, dum omnes a morte absumimur, peccatis ac Diabolo subiecti. His deinceps ratio nititur ac dicit: prædicta sane quod lubet, ego tamen longe alia video. Ideo haec duo firmiter credenda & retinenda sunt, nos Diaboli & mortis esse dominos, & tamen nihil oscus ipsius pedibus subiectos esse oportere. Alterum fidei, alterum sensibus apprehendendum est. Mundo etenim & cæteris ad illum pertinentibus Diaboli & mortis dominium ferendum est, qui omnibus uiribus nos insequitur, ac multis modis nostra imbecillitate est superior. Nos enim tanquam in peregrino diuersorio ipsius sumus homines. Idco quantum in nobis est de mundo et haec uita transitoria, tantum in carne & sanguine illi subiectos nos esse oportet, ita ut pro sua libidine nobiscum agat.

Resurrectio **guomodo cre-
denda.** **Dixerit forte aliquis:** Quid ergo doces et credis, si ipse fateris illud non sentiri? Proinde doctrinam tuam merum somnium esse putabimus. Nam si

IN XV. CAP. I. CORIN. 23

Maliquid certi de resurrectione mortuorum credendum est, tum ueri simile est ipsam quoq; experi entiam aliquid de illa iudicare. Respondeo, id ipsum esse quod ego dico, quod citra et supra experientia ante credenda sit, que humanis sensibus minime est creditibilis, neq; perceptibilis. Nam in eo ipso quo Diabolus secundum sensum mili do minatur, meus seruus esse cogitur. Et dum uictus procumbo, uniuerso mundo de me triumphante, uictor euado et palmani aufero. Quomodo uero? Si hoc uerum est, experientia disci et non dubie sentiri potest. Sanè uero, sed ita: Eius rei sensus se qui debet, fides autem ante praesto esse debet, omni sensu excluso. Ita mea conscientia, eo quod peccata sentit, eaq; pertimescit, et recordatione illorum trepidat, domina et uictrix peccatorum fieri debet, non quidem sensu aut cogitationibus, sed fidei Verbi, quo leuanda et confirmanda est, contra et su pra pcta, usq; dum pcta prorsus est medio sublata et abolita fuerint, ita ut amplius non sentiantur.

Non secus quoq; mors, regnat illa quidem inter nos, et quamquam penitus nos deuorare et retinere non queat, uarijs tamen pestibus, morbis, periculis, casibus, item gladio et omnimodis plagiis nos persequitur, et sanè deiectos quoq; effert et sepelit, ubi nobis putrescendum est, neq; tamè in-

Fides præia
re, sensus seu
qui debet.

HOMILIAE D. MART. LVT.

eo perpetuo obruti manebimus, sed ruptis tandem
mortis vinculis emergemus in uitam immortalem
prodituri, clariore splendore amicti, q̄ sol & stel-
lae in celo lucent. Quin etiam cū Christo ipso nō
secus actum est, mortuo iam & sepulcto. Nullus eti-
tiā ibi aderat sensus, aut spes & expectatio uita:
eratq; discipulis aequa arduū et absurdū creditu,
hūc Christū sepulchro conditū, & lapide signato
coelus, mortis et sepulchri fore Dominū, quē
admodum ipsi h̄esitantes fatebātur. Nos speraba-
mus eum esse illum, qui redempturus esset Israel.

Ideo illud lōge consultiſimū esse iudico, quod
hic Paulus suadet, ut Verbum, quod accepimus,
āsteu φέρος τετληκός θυμῷ teneamus, ac sub
inde memoriarepetamus, atq; hoc telo oēs questi-
ones & disputationes propulsamus, nec ullū locū
Diaboli suggestionibus relinquamus, siue externe
per sectas, siue interne aliqua hesitantia in corde
Verbum mu- impetamur. Atq; ita uim & uirtutē diuine potē-
tus aheneus. tie perdisce, nimirū uerbo illo, quo iustificati sal-
uatur, quoq; solo tanquam murus aheneus cōtra
omnem impetum & oppugnationē Diaboli stare
possimus. Vt n. in fide constans persistam, me
Christianū ac Dei filium & saluum esse, dum pec-
cata & malam conscientiā sentio, quodq; glorifi-
cato & illustrato corpore, quanq; in sepulchro cō-
plua

putrescens & absusptus uermibus, ad uitam immortalē sim resurrecturus, ad hęc sanę diuina & celesti uirtute & sapiētia opus est, quae neq; sensibus mouetur neq; oculis, sed quę lōge supra hęc uidere queat, certitudine certior, non esse nugas aut aniles nērias sive somnū, sed omnipotentis Dei uerbum, qui lōge plura facere potest & exequi potest. Quandoquidem Christum Dominū nostrū iam à mortuis exuscitauit, quo nemo ignominiosius & infamiosius unquā damnatus, neq; de speratore, et (secundū legem) ita maldicta morte absusptus est, ut etiā nomē illius lōge fuerit destabilius, q̄ ullius hoīs quālibet scelerati & nefarij. Attamen planū fecit & testatiſsimū reliquit, scripturam maioris esse momenti, quam omnium hominum cogitationes, sensus & experientiam.
 Siquidem illud omnibus fuit incomprehensibile, Christum tertio die reuicturum, eratq; in totius mundi sapientia ne mica quidem aut scintilla, que hac de re aliqd cōperti haberet, Verbū tamē presto est, quo uiuus futurus pronunciatur, dū ad huc in sepulchro clausus iacebat. Et sicut futurum pronunciauit, ita fieri oportuit, et si omniū hoīm sensus et intellectus reclamabāt. Non secus nobis cum agitur. Vides passim mortuos terra cōditos,

HOMILIAS D. MART. LVI.

ac iam olim putrefactos, aut à uermibus consumptos, ac uel cum puluisculo dispersos. Verum uirtute Verbi, quod credimus, quoq; cōfitemur, Credo resurrectionem mortuorum, certo certius uti
Verbum om̄niū stūri sunt & resurrecturi. Mundus tantam uirtutē
nibus modis tem̄ & potentiam nō habet, sed Verbum habet.
Petinendum. Est enim ipsius Dei uirtus & potentia. Hoc no-
bis apprehendendum est, & animus hac consola-
tione erigendus & muniendus, quanquam ita effi-
caciter non credamus, ut credendū est, nec ita effi-
caciter in corde sentiamus, sicut libēter uelimus;
danda tamen est opera, ut hoc freat sustentemur,
ipsumq; uerbum subinde exerceamus, nec teme-
re è corde amittamus. Quemadmodum & illud
quoq; ægre & difficulter credimus, per Christū
mundi, Diaboli, peccati, mortis & omnium rerū
nos esse dominos, cū sentiamus plāne contrari-
um. In hoc tamen haud ambiguam spem & con-
solutionem fixam habemus, quod uerbo donati si-
mus, omnem uim & sapientiam exuperante.

Ita, quanquam peccata mea sentiam, nec pos-
sim animo seculo esse & alacri, ut libenter esse
uelim, uerbo tamen innitendum est, ut hoc confir-
matus dicam. Peccatorum sum dominus, nec pecca-
tum ullum scire uolo. Sed dixeris, hic multi mea
reclamare conscientiam, longè aliter sentiente &
experientem,

IN XV. CAP. I CORIN 49

experientem. Non inferior, inquam, si secundum
id quod sentio iudicandum est, tum de salute mea
affirmum est. Sed enim ipsum Verbum, meum atq;
deo totius mundi sensum debet antecellere, &
uerum manere, quamlibet leue tandem apparen-
t, atq; utcunq; debiliter & infirmè à nobis crea-
tum fuerit. Videmus quidem & experimur
omnes, nos à peccato damnari, item à morte uni-
uersos absorberi, nec quenquam eius rictum effus-
gere, & tu multa uerba facis de uita & iusticia,
quarum ego ne scintillam quidem conspicio, ut ue-
risimile existimem, uitam supra modum esse dea-
bilem, quam tu tam magnifice iactas. Sanctuero
debilis est uita & perquam imbecilla, quod ad fi-
dem nostram attinet: utcunq; tamen debilis &
imbecilla fuerit, Verbo & modica illa scintilla fi-
dei in corde manentibus, tale incendium uite ex-
illa emersurum est, quo cœlum & terra imple-
buntur, & cum mors tui omnia mala absorben-
tur, ueluti aquæ guttula: adeo ut debili illa fide
eluctata, nullum amplius uestigium appareat
mortis aut peccati. Ad hoc autem obtainendum
acri contentione & lucta opus est, ut Verbum
contrasensum & omnem experientiam nostram
retineamus.

Quocirca constat, fidem non ita rem esse le-

HOMILIAE D. MART. LVTH.

Fides est uis
diuina.

uiculam, ut aliqui opinantur, sed planè diuinam
uim atq; potentiam, que Verbo innittitur, rei
speciem leuisime, tanta tamen operantis, & po-
tentis, ut quæ cœlos disruptura, & omnia sepul-
chra apertura in unico momento sit: in quo si man-
seris tenax propositi, saluus compos, ac omnium
deniq; rerum dominus efficieris, quamlibet tan-
dem fides tua debilis fuerit, & sensus uehementes:
deniq; utcunq; deinceps uixeris debiliter, cau-
ue modo, ne secundum cogitationes tuas & ra-
tionem uiuas, sed quem admodum dictat, & ic-
Scriptura duxerit. Nam Diabolus hactenus mul-
tifariam cum Verbo & Scriptura confixit, sed
nulla unquam uictoria potitus est, neq; illam mo-
uere loco aut labefactare potuit. Hoc illi summe
studio est, ut ex insidijs nos adortos à Verbo auel-
lat, ipsum autem uerbum inuadere non audet.
Hoc quandiu in corde fixum habueris, aperio
marte nunquam te adorietur. Incusso terrore
consternare te quidē potest, prosternere autem
ualebit minime.

Ita Scriptura de patriarcha Iacob testatur. Cer-
tamen forte dedit ei, ut hac lucta disceret, que uis
Iacob patriarchæ & uirtus Verbo Dei messet. Alioqui enim nun-
cha lucta. quam experimur, quanta uirtus insit Littere, nisi
res ad summum certamen atq; periculum deducta
fuerint.

fuerit, ubi euidentibus experimentis discimus, illud nimirū esse potens et efficax aduersus omnes errores, peccata, mortem, & Diabolum. His autē uerbis mundus fidem non habet, neq; omnes, qui secundū id, quod sensu percipiunt, iudicant, quiq; semet graibus cogitationibus peccati & mortis discruciant, in illis tam diu harentes, donec cogitationes illas animo excusserint, aut mutauerint. Est autē talium studium omne irritum et friuolū, nec prodest alia consolatio ulla, quam ut Verbum animo atq; fide amplectamur, quod ait, Christū prote resurrexisse, ac peccata tua & mortē pro te aboleuisse &c. Et in summa, à peccatis, morte & infernis tuti nō sumus, nisi per Euangeliū, de quo hic Paulus loquitur et inquit, Per Euangeliū nosflare & saluos fieri. Quod si aliud extra Euangeliū nouisset ad subleuandos & confirmandos animos utile, haud dubie id quoq; illis comunicasset.

Iam uero artē multo facilimam illis demonstrat, nullius operae aut impensarū egentem, sed solum Verbum requirentem, quo muniti à mortis et omnium inimicorū nostrorum impugnatione tuti erimus et persistemus. Quanquam aliud in carne nostra sentiamus, ac uita admodū debiles, id nō magis respicit, modo Verbum non deseramus. Neq;

HOMILIAE D. MART. LVT.

enim ideo mater abiicit filium, quod aeger &
scabiosus est. Aeger est, nec potest sibi ipse ferre
opem, sed dum matri in sinu & ulnis manserit,
non est quod de auxilio ferendo solicitetur. Sit
autem e matris curatione exciderit, tum demum
conclamatus est. Non secus tibi quoq; faciendum
cogita. Vis salutis compos fieri, uide ut penes Ver-
bum maneat, quo Deus te portat & sustentat,
quo minus pereas.

Tradidi enim uobis in primis,
quod & acceperam, quod Christus
mortuus fuerit pro peccatis no-
stris secundum Scripturas, & quod
sepultus sit, & quod resurrexit
tertio die secundum Scripturas. Et
quod uisus sit Cephe: deinde duode-
cim illis: postea uisus est plusq; quin
gentis fratribus simul: ex quibus
plures manent ad hunc usq; diem:
quidam autem & obdormierunt.
Deinde uisus est Iacobo, post Apo-
stolis omnibus.

His uerbis indicat ac breuiter repetit, quod
euangelium fuerit, quod ipsis tradidit, tum
chiesa

IN XV. CAP. I. CORIN. 27

enius præsidio ipsi stant & salvi fieri debent. Integrum autem sermonem de Resurrectione Christi adducit, qui commodiſſime in ſerijs Paschæ populo exhiberi & tradi poſſit. Ex hoc enim fundamen- tum & cauſe huīis articuli profluunt, quem de resurrectione mortuorum ſibi in praefentiārum tractandum proposuit. Firmiſſimiſ au- tem argumentis ſuam doctrinam conſirmat, cum ſcripturæ autoritate, tum multorum uiuentium teſtimonijs &c. Vult ergo ſic loqui: Evidem ni- bil aliud nobis tradidi, quam id quod ipſe acce- pi, ſed neq; quo hodie aliud prædicare habeo præſtantius ad ſalutis noſtre conſirmationem, niſi de Christo Domino noſtro, quomodo ueraciter mor- tuus fit, & iterum resurrexerit. Hoc eſt caput & Euangeliſ ſumma.

ti ſumus & ſtamus. Neq; uero illud furatus ſum, ſed neq; proprijs cogitationibus commentus aut meditatus, aut per ſomnum conſequutus, ſed à Christo ipſo accepi. Quibus uerbis falſos do- pungit, quaſi diceret: Quod si aliud illi uos do- cent, certum eſt illud non eſſe acceptum à Christo Euangeliū, ſed ſuum iſorum commentum & ſomnum: neq; enim à nobis aut alijs Apoſtolis acceperunt (cū nos unanimiter in doctrina conſentiamus) multo minus à Christo. Ideo me-

HOMILIAE D. MART. LVTH.

ras seductiones & imposturas esse necesse est.
Pari modo ad Galatas 2. contra Pseudoapostolos
los gloriatur, quod doctrinam suam non ab homi-
nibus, atq; adeo neq; ab ipsis Apostolis acceperit,
neq; quod humanæ rationis subfido aut arte do-
cucrit, sed eiusmodi doctrinam proposuerit, cuius
neq; homines inuentores extitissent, neq; quam
ipse per se cognouisset aut consequitus esset, sed
quam per diuinam reuelationem accepisset, quo
nomine Pseudoapostoli semet iactare non pote-
rent, nec ullis argumentis planum facere. Vsq; de-
deo uero Paulus nihil de suo addiderat predica-
tioni Euangelice, neq; quicquam illius consequen-
di gratia laborauerat, ut illud quoq; summa atro-
citate & tyrannide, ut rabiosus quispiam Phala-
ris persequutus sit. Ita uidemus uerbum Dei omni-
um rationem, ipsorum quoq; Apostolorū artem
& sapientiam excellere, ita ut nemo queat ad id
sue rationis uiribus aut intellectu peruenire, tan-
tu abest, ut aliquid illo melius aut præstantius in-
uenire aut excogitare possit, sicut illi apud Co-
rinthios temere conabantur.

Resurrectio-
nis Christi
duo testimo-
nia.

Cæterum sue doctrinæ aut Euangelijs, quod
de Christi resurrectione annunciauit, duo con-
tra falsos doctores adducit testimonia, vnum,
quod è Scriptura sumpserit, & illa doctrinam
suam

IN XV. CAP. I. CORIN. 29

suam confirmauerit. Alterum, suam ipsius &
 multorum aliorum experientiam, qui Christum
 resurrexisse uiderunt. Illud enim boni & inte-
 gri uiri est officium, posse quoq; id quod docet
 aut prædicat, confirmare & testatum facere, non
 verbis modo nudis probatum, sed operibus quoq;
 et exèplo cum suo tum aliorū, sicut hoc loco ordi-
 ne diuus Paulus Christi resurrectionis testes ad-
 ductos nominatim perstringit, à quibus uisus est.
 Prinū à Cepha seu Petro, deinde à duodecim A=
 postolis, quibus se uiuū exhibuit, ipsum audientia-
 bus et uidentibus, quibus cum etiam externo con-
 uicu conuersatus est. Mox uisus est plus quam
 quingentis fratribus in uno loco congregatis:
 priuatum quoq; Iacobo: postremo omnibus Apo-
 stolis simul. Quo loco Apostolos nominat, non
 tantum illos duodecim, sed omnes qui à Christo
 ad annunciatum Euangelium misi erant. Nam
 duodecim illos seorsim & peculiariter sibi ele-
 gerat (simplicibus Apostolis aliquanto potio-
 res) testes nimirum futuros, non suæ Resurre-
 tionis solum, sed totius uitæ, atque adeo omnium
 dictorum & factorum, quæ uiderant &
 audiuerant ab ipso, ut per illos Euangelium,
 Christo in cœlum digresso, longe lateq; pro-
 pagaretur. Hi omnes (inquit Paulus) una

HOMELIAE D. MART. LVT.

mecum testes sunt fide dignissimi carum rerum omnium, quas nos uidimus et experimentis dicimus, ita gestas esse, ut antea in Scripturis per Prophetas predictae sunt.

Vide uero iam denuo, ut Scripturæ et extera ni Verbi autoritatem iactet et extollat, per hoc, quod uerbum illud, Secundum Scripturas, iterum atq; iterum repetat, quod certe sine ratione et tene mere factum non est. Primum quidem ea de causa, ut fanaticorum spermologorum ora obstruat, scripturam et externi uerbi tractationem ut superuacuum spernentium, et pro nihilo ducentium, et eius loco alias occultas reuelationes querentium. Cuiusmodi spirituum iam μεσων πάγι μηδέ γυαί, ωσσει δ' αθροίων αλλοι. μεσων δ' θάλασσας λιμένες, quorum ratio diabolica fraude conturbata est. Inde fit ut scripturam tanquam mortuam literam intueantur, et meros spiritus inflatis buccis crepent, interim tamen neq; Verbum neq; Spiritum retinentes. Hic autem audis Paulum Scripturæ testimonijs, ut firmissimis, potissimum nitit, qua nullum aliud fulcimentum superesse, quam uerbum Dei externum seu corporale literis inclusum, ac per ipsum aut alium uiua uoce prædicatur.

IN XV. CAP. I. CORIN. 29

hum. Diserte enim ac dilucide hic iteratur, Secundum Scripturas, secundum Scripturas, & non spiritus, spiritus, de quo illi nugantur, solum spiritum omnia praestare debere, scripturam esse mortua litteram, quae uitam dare nequeat. Quanquam uero litera per se uitam dare nequeat, illa tamen nihil secus opus est, ut audiatur & percipiatur, & spiritus sanctus per illam in corde operetur, cor uerbi adminiculo se se in fide contra Diabolum & omnes impugnaciones defendat: aut illo amissio, Christum & spiritum mox quoq; emitte. Quocirca noli esse immodicus iactator spiritus, si non aperium & externum uerbum habueris: neq; enim bonus erit, quem iactas, spiritus, sed ipsissimus Diabolus. Siquidem Spiritus sanctus omnem suam sapientiam, consilium, & arcana uerbo inclusit, & per scripturam rescreuit, ita ut nemo ad ullam excusationem possit con fugere, aut aliud querere & indagare. Præterea non superest alia sublimior nobis ars perdiscenda, quam ea quæ nobis per scripturam de Christo filio Dei saluatore nostro cognoscenda exhibetur, qui pro nobis mortuus est & surrexit.

Deinde, ideo quoq; à Paulo id factum est, ut illis quoq; ex altera parte occurreret, ne in hoc & alijs fidei nostræ articulis rationem in consilium

HOMILIAE D. MART. LVI.

uocemus, neq; audire dignemur, quid mundus sua
sapientia talibus in rebus affirmet aut statuat, aut
acute meditetur. Hac enim consulta & principia-
tum obtinente, fidei nullus locus relinquitur, sed
stulta prædicatio aestimatur, ac mera subsannatio,
sicut apud Corinthios accidit, qua de re infra
mox plura audiemus. Sed enim nobis, qui Christi
ani, & fidei capaces esse uolumus, minime curata
dum aut querendum est, quid humana sapientia
hic dicat, aut quomodo hoc rationi sit consentane-
um, sed potius uidendum quid scriptura nos do-
ceat, per quam hoc ante annunciatum est, & iam
certissimis testimonijs atq; experimentis confir-
matum. Qui his omnibus fidem non habet, hunc
missum facimus, quippe qui de Christo & Euange-
lio nihil omnino fit habiturus.

Tale namq; Euangelium nullus lymphatorum
spirituum, quantacunq; sapientia & eruditione
præditus fuerit, unquam proferet, qui suas ratio-
nes ita ineuincibiliter & incontradicenter con-
firmare queat cum scriptura, tum oculatis testi-
bus, ut hoc loco diuī Paulum fecisse uidemus. Ita
que in hunc campum feroces illos athletas profo-
cere potes, ut prodeant in medium aliquid profe-
rentes. Hic enim omnibus lymphatis spiritibus
mos est, primum uenire cogitationibus e ratione
collectis,

Fanaticorum
spirituum
mos.

IN XV. CAP. I. CORIN.

30

collectis, & quanquam scripturam pre manibus
habeant, suas tamen sub initium cogitationes hau-
serunt, secundum quas scripturam (apte aut inep-
te parum morantur) exponunt & interpretan-
tur. Sicut iam perspicue in nostris Sacramenta-
rijs uidemus, qui primum perspexerunt, baptis-
mum meram esse aquam, ut aliam quamcunq;
quam e fonte allatam. Hoc apprehenso, cum aliud
cernere non potuerint, ad scripturam cursita-
runt, in qua forte fortuna inuenerunt, nulli crea-
turam fidendum esse. Item res externas ani-
me opem ferre aut prodesse non posse &c. Ex
hoc fundamento deinceps doctrinam suam con-
fingunt, aquam esse aquam, cui ut creaturae fiden-
dum non sit, atq; hoc nomine Baptismu animae la-
tacrum esse non posse, quo peccata abluerentur.
Atque hoc illis eiusmodi dicta scripturae serui-
re debent, Nulli creaturae fidendum esse &c. ad
confirmandum suas nomenias, & suarum cogita-
tionum somnia stabilienda. Neque uero infici-
as iuerim hanc Scripturam ueram esse, sed ui-
de obsecro quam belle illam luc citent, & ui-
lenter torqueant ad Baptismum, ex quo pu-
ram creaturam facere nituntur, quod est falsis-
simum, quippe in quo Deus ipse cum Christo di-
lato filio suo & spiritu sancto sit & operetur.

HOMILIAE D. MART. LVTH.

Non secus faciunt in Eucharistia, in qua non nisi panem & uinum esse contendunt. Idem sentiūt de externauerbi diuini prædicatione, alijsq; diuinis ordinationibus, cuius generis est magistratus & matrimoniu, de quo ita dicunt, Quid nonnulli contracto matrimonio uiuunt, mundis na uita est & peccatis obnoxia, adhærescit enīm creaturis, nimirum uxori, liberis, & rei familiāri &c. Qui Deo seruire uoluerit, cum ab omnibus creaturis purum & liberum esse oportet. Hæc cùm simplices audiunt, statim assentient & suffragantur adiecto calculo, tanquam doctrina admodum preciosæ, ac mox despiciunt habent matrimonium, magistratum, & omnes status à Deo ordinatos. Est enim bella & elegans cogitatio, quam scripture & testimonijs ita fulcierunt, Deum p̄ae omnibus diligendum esse, domum, uxorem, liberos, agros, & omnia ipsius gratia deserenda &c. quæ tamen re ipsa nihil est, quam primitus ex tali somnio producta, Matrimonium uitam esse carnalem, à qua mundandi sumus, secundum rationis ductum & cæcam opinionem, cùm contraria scriptura matrimonium honestissimis laudibus extollat, ut ordinationem & creaturam Dei &c. Attamen lymphatorum spirituum doctrina multum splendoris & existimationis apud fecerūt populus

popularem obtinet, potissimum uero cum scriptis
re testimonia horum iniquissime torqueant, cui
imperite multitudinis simplicitas repugnare non
nouit.

Ceterum nos sic loquimur, Maritus & uxor,
quocunq; tandem uult aut specie in oculis ratio= Matrimonij
commenda=
nis appareant, tamen pulcherrimo illo ornamen= tio.
to, quod est uerbum Dei, decorati sunt. Ille hos ad
matrimonij coniunctionem creavit, coniunxit,
& benedictione sua ditauit. Hec copula & uincu= culum quo conglutinantur, ne direpti alius ali=
us deserat, sed simul cōiuncti manent, idq; man= dato & precepto Dei, qui eos coniunxit. Est
itaq; matrimonium uerbo Dei inclusum, & per
hoc sanctificatum & purum factum, ita ut nulla
infamia peccati & carnis nomine criminandum
sit. Quod autem fanatici spermologi matrimonio= um tantummodo secundum externam speciem
intuentur, eam artem etiam queuis sus facile po= test assequi, nec ægrè tantum rationis obtainere,
ut queat dicere, quod nihil sancti in hoc statu cer= neret; porrò qui uerbum Dei inspexerit, quo hic
status institutus & confirmatus est, ille eiusmodi
uana somnia & falsas scripturarum interpretan= tes non magni faciet, Verbo etenim probè dia=
scet, statum cōiugalem nullo modo esse posse con=

HOMILIAE D. MART. LVT.

temptibilem, sed Deo placetem et sanctum, quod ad ipsum attinet, si nullo abusu uitatur. Unde colligere potest et inferre, hunc statum Verbo et mandato Dei approbatum, non esse deserendum.

Dixeris autem: Atqui scriptum est omnia de relinquenda esse? Sane uero, sed quomodo deserenda sunt? Certe non ea ratione aut via, qua Deus virum et mulierem coniunxit. Quoniam obrem enim alioqui coniunxisset, eaque de causa legem condidisset? Sed si eò res adducta fuerit, ut aut Christus et Verbum eius, aut uxor et liberu[m] deserendi forent et c. sicut Christus ibidem diserte dixit et adiecit, Propter me et Euangeliu[m]. Hæc exempli gratia à me dicta sunt, ut uideamus illam sane intelligant, sicut Paulus suam doctrinam iactat, scripturæ testimonijs firmissime approbatam. Insuper studio admonendi, ut caueamus, ne rationem sequamur, nec spiritus lymphatos audiamus, sed scripture rationem unice habeamus. Huit nisi induisse adhæscris, dictio eius cum à falsis spiritibus, tum à propria ratione seductus es. Ego quoque Scripturæ doctorem (ne quid arrogantius dicam) me esse profiteor, nec inferior illi in multo studio mihi letam esse, neque tamen raro mihi usu uenit, cum animum non

IN XV. CAP. I. CORIN.

32

non probè munitum habuero, ut tales cogitationes mihi incident, quibus si indulgerem, Euangelium & Christus mihi amittendus esset. Quia propter Scriptura subinde me confirmo & sustento, ne in errorem prolabar. Quid uero homini ab omni scripturæ lectione alieno, & rationis ductum tantummodo sectanti, non possit contingere? Quid enim de hoc articulo credam, aliam uitam post hanc, nempe immortalem, futuram, si rationem ducem sequutus fuero? si modo his cogitationibus me impetuuerint: Age quæso, unde illi resurrecti sunt, aut quò tandem uenerunt, quos corui deuorauerunt? aut qui in aqua submersi à piscibus depasti sunt? Vbi tandem illi manent qui concremati, inq; puluerent & cinerem redacti, iam à uento per totam terram dispersi ac difflati sunt? Imo ubi quiuis mortaliū, qui terra conditus à uermibus absimitur? Consimiles cogitationes in reliquis quoq; articulis haud magni negotij est inuenire, si rationē se qui uolero, etiā in illis, qui uidetur leuiſimi, ex ampli gratia, de uirgine Maria, quī nam sine uiri cōmercio concipere potuerit &c. Sed posthabita ratio illud potius cōsiderandū est, nos docere Articulos, minime sup humanā rationē et intellecū sed super Scripturā fundatos, & ideo nusquam

HOMELIAE D. MART. LVTH.

querendos aut definiendos aut exequandos ex
aminandoq; q; ad Scripturæ anuissim et regulâ.

Igitur primum argumentum hoc est, quo falso
rum doctorum sententiam confutauit, suam ipso-
rum opinionem citra scripturam adducentium,
cuius tamen confirmandæ gratia nullum funda-
mentum possunt adducere. Secundum illud est,
quod neq; quisquam ipsorum testibus posse cun-
cere, qui ipsorum doctrinam proprijs experien-
tis ueran esse approbare auderet. Sicut ad Colof.
z. illos ipsos scitissime depingit, ubi sic ait, quod
incedant per humilitatem & superstitionem an-

Fanaticorum stra inflati à mente carnis suæ &c. Quibus uer-
natura. bis id significare uoluit, omnium lymphatorum
spirituum eam esse naturam, id omne in medium
proferre, quod nullus ipsorum unquam nec uia-
dit nec expertus est. Sed quemadmodum Scriptio-
ra & testimonio uerbi egent, ita neq; experien-
torum ullum habent testimonium. Nos autem (me-
quit Christus) quod scimus loquimur, & quod uia-
dimus testimoniur. Et Ioannes i. Io. iii. 1. Quod audi-
uimus, quod uidimus oculis nostris, quod per spe-
ximus & minus nostræ contrectauerunt, de ser-
mone uitæ, id annunciamus uobis. Ita hoc quoq;
articulo (inquit Paulus) id uobis annuncio,
quod

IN XV. CAP. I. CORIN. 33

lūtculo (inquit Paulus) id uobis annuncio, quod
ego & omnes Apostoli, cum quingentis fratribus
uidimus, qui hoc mecum unanimiter testantur.

Quim uero impudentes illi sunt spiritus, tan
ta confidentia aliquid docere audentes, de quo ip
sis nihil compertum est, præscriptim cùm neq; scri= Papist. eo
pturam, neq; exemplum ullum, sed neq; testimoni
um doctrinæ, neque opus aliquod possint proba
biliter adducere. Ex quo satis liquet, quicquid di
xerint aut docuerint, non nisi mera esse mendac
ia. Evidem clamādo & multa gloriose iactan
do multum ualeat: neq; sunt imperiti, homines ma
gnificis uerbis persuadere, & obtestatione uti, ut
auditores cogitent rem seriam agi, & uerum es
se quicquid dixerint, sicut aduersarij nostri su
per Sacramento fecerunt, atq; etiamnum faciunt.
Consimiliter idem semper studuit turba illi Papi
stic, sacerdotes & monachi, doctrinam operum
immodice inculcantes. Horum enim omnium præ
dicatio hæc fuit: Monachus per omnem uitam rea
gula sua diligens obseruator (si Dijs placet) sal
labitur. Item, Homo multas eleemosynas egenis
distribuens, & ad Dei cultū templa, sacella, aras
substruens, bonam erga Deum fiduciam conse
quitur, fore ut pro tantis operibus digne pensari
et cœlum ipsi sit communicaturus &c.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Ita omnes ambigua & falsa opinione freti do-
cent, quod tamen nullus ipsorum unquam expre-
sus est, neq; quēquam possunt adducere, qui testa-
ri & docere auderet, se id uidisse & experimen-
tis didicisse, quod illi perfrictissima fronte spar-
gunt in populu. Nam ego quoq; ex illorum grege
sanctum monachum quindecim annos mihi egille
uideor, neq; tamen unquam tot meis Missis, preca-
tionibus, ieiunijs, uigilijs, castitate, obedientia eō
puenire potui, ut plane mihi licuisset dicere, iam
certus sum, Deum mihi esse propicium: aut, iam
certe periculum feci, atq; adeo experimentis cog-
noui, quod ordine meo et acerba illa uita cœlestis
uite sim factus particeps. Iam uero qui non omni-
bus modis illa doctrina odiosa haberetur, qua po-
pulus dementia et erroribus ita completur, cuius
fundamentum, aut scripturæ sacræ testimonii mul-
ti producunt, neq; habent producere, in epite tat-
um garrientes, & oculos hominū suo fallaci spic-
dore perstringentes, quemadmodū Diabolus hos-
mimes propalam & externe obcecat & fascinat
suis præstigijs, quæ tamen re ipsa nulle sunt.

Quocirca hæc Pauli uerba ambabus manibus
nobis arripienda sunt, quibus monemur, ut muri
ab eneis instar firmi & inconcuſi penes Euangeli-
cam doctrinam permaneamus, cuius certa Scrip-
ptura

pluric testimonia & experimēta habemus. Et hæc
 duo testimonia ueræ & synceræ doctrinæ esse de-
 bent, quibus qui fidem habere noluerit, et præter
 hanc aliud quæsierit, aut se ad alios aggregau-
 rit, penes quos nihil tale inuenit, ille meritò sedi-
 ciur. Sed enim tam fidelis & paterna admonitio
 apud multitudinem, sicut neq; hodie, quicquam
 profuit, que decipi uult & seduci, tantum eò re-
 spicit, ubi aliquid noui oritur, bella aliqua spe-
 cie propositū. Cæterū qui erudiri cupit, nec erra-
 re illi hæc duo diligenter spectandasunt, Qui nā
 siue doctrinæ testimonia è scriptura citet, & cer-
 da. Duo spectan-
 ta experimenta demonstret, sicuti nos doctrinam
 nostram testimonijs planam facere possumus. Nā
 Ego (sitq; Deo gratia) certis experimentis edo-
 cis docere possum, quod nullo opere, quamlibet
 magno, contra peccatum & Dei iudicium adiuua-
 ri, confirmari, & leuari potuerim, sed quod Chri-
 stus solum cordi & conscientiæ tranquillitatē &
 consolationem apportare soleat. Cui rei uiuersa
 scripturæ testimonio est, nec pauci & boni homi-
 nes exemplo sunt, qui idem dicūt, nec obscure ex-
 perti sunt. Harum autem rerum lymphati spiri-
 tus cum Papistis nihil neq; sua neq; aliorum ex-
 perientia euincere, & planum facere possunt.
 Ultimo, etiam illud non somniculose animad-

HOMILIAE D. MART. LVT.

Evangelijs
definitio.
uertendum est, quomodo diuus Paulus Euangeliis
um suum describat aut definiat, nimirum quod sit
prædicatio, qua discitur Christus pro peccatis no-
stris esse mortuus, et resurrexisse, quorum utrius-
que scripture autoritate comprobatum est. Atque
hic summa habes Euangelijs compendiosissime
et purissime comprehensam, secundum quam o-
mnes doctrinas et uitas hominum iudicare pos-
tes. Itaque quicunque aliud loco Euangelijs produxe-
rit et docuerit, aut de nostris operibus et pro-
pria sanctitate aliquid admiscererit, ille pestilenta-
tissimus seductor Christiane plebis habendus est.
Neque enim de ullo opere hic quicquam audis pre-
dicatum, aut dictum, quid mihi faciendum aut o-
mittendum sit, ut peccata tollantur, et coram Deo
iustus euadantur et cetera. sed quid pro illis abolendis et
expiandis Christus fecerit, nimirum quod ipse
mortuus sit et resurrexerit. Evidet Christi mors
et resurrectio non sunt mea opera, nec ullius al-
terius sancti, aut ullius hominis in terra. Sed quo-
modo mihi quoque mortis et resurrectionis Chri-
sti utilitas paranda est? Non alia via quam per fidem,
sicut Paulus dixit, Corinthios per fidem amplexos
esse Euangeliū, et iam in eo stare et saluos fieri,
et ut mox infra dicturus est iterum, Sic prædicta
uimus et sic credidistis. Ita passim haec duo subint-
de

de tractat & inculcat uulgi auribus, ut principē
articulum & summam Euangelijs, per quam Chri-
stianū & salui efficimur, modo fide retineamus, in
ea perseverantes, nec frustra prædicari pauperes,
qua de re alibi sæpen numero multa uerba fecimus.

Postremo uero omnium, uelut
abortiuo, uisus est & mihi. Ego em̄
sum minimus Apostolorum, qui
non sum idoneus, ut dicar Apo-
stolus, propterea quod persequu-
tus sim Ecclesiam Dei. Sed gratia
Deisum, id quod sum. Et gratia e-
ius quæ profecta est in me, non fuit
inanis, sed copiosius quam illi om-
nes laborauit: non ego tamen, sed
gratia Dei quæ mihi adest. Siue igi-
tur ego, siue illi, sic prædicamus, &
sic credidistis.

Ego uero minime accepi (inquit) ab alijs, qui
ante me muneris Apostolici functionem conse-
quuntur sunt, quiq; Christum audierunt & uiderūt,
ipsiusq; contubernales καὶ ὅμοχά τε οἱ fuerūt.
Sed ipse quoque perinde ut illi Christum uidi, &
quo & in Apostolum creatus sum, ita ut Aposto-

HOMILIAE D. MART. LVT.

licum officium mihi delegatum iure optimo iactu
re audeam, et me Apostolum profiteri. Nam hec
uere Apostolica est conditio, unumquenq; decens
Apostolum, ut ab ipso Domino suo missus sit, &
mādata perficiēda acceperit. Hoc nomine nusquā
non se iactat Paulus, quōd Apostolicam proxim
iam non ab hominibus, neq; per homines, sed à
Christo & per Christum ipsum cōsequutus sit, eo
quōd ipsi priuatim post omnes Apostolos appa
ruerit, ac priuatim in mādatis dederit prædicare
Euangelium gentibus. Sicut clare patet Act. cap.
26. Item 1. Corinth. 9. & 2. Corinth. 12.

Abortus. Porrò figuratis uerbis se ipse abortum uocat,
hoc est, prolem ante legitimum pariendi tempus
editā, priusquā in utero plene maturescat. Nam
quemadmodum eiusmodi soboles iusto maturius
in mundum nascitur, nec uitali aura diu uescens
solem intueri potest (sicut Psalmus quinquagesi
mus octauus loquitur) neq; ullam huius uite uolū
ptatem percipit, ita mihi quoq; (inquit Paulus) se
cidit, dum perinde ut immaturus fructus & abor
tus à matre abortitus sum, que fuit synagoga et lu
dismus, in qua uersabar & uiuebam, que me si
ritualiter parere debebat, & ad regnum cœlestē
perducere, ut Deo uixissim, & fructus produxis
sem, egoq; spirituales liberos procreas ad uitam
per traxissim,

IN XV. CAP. I. CORIN. 35

pertranssem, ut reliqui ex hoc populo Apostoli
 factitārunt, Sed abortivit me mater mea, ita ut
 Christū & eius Ecclesiam persecutus sim. Itaq;
 infelicem partum mecum experta est, nec eū quem
 decuit. Neq; enim sic me genuit, ut populus sub le-
 ge gignendus est, sub lege cōclusus ut in utero ma-
 tris, ut Christo præparatus, ipsum cognoscere di-
 sceret, & agnatum amplectetur &c. In hūc mo-
 dum omnīm prioris uitæ suæ sanctitatem reijcit,
 ita uolens dicere: multa quidem sanctimonia Iudæ
 us insignis fui, uersatus in lege irreprehensibili-
 ter (sic ut ad Gal. 2. inquit) ut nullus aliis ex cog-
 natione mea. Attamen hæc omnia ut abortum re-
 puto, qui nulli est usui, nec unquam solem aspicit,
 donec per Christum iterum genitus fuero. Quem
 admodū talis puer statim simulatq; ex utero ma-
 tris editus fuerit reijcitur & sepelitur à tenebris
 in tenebras translatus, ita omnis mea est reputāda
 in lege iuicta, Χεῖμα πάντα ὄβλιπτον, res
 planē nihil, & omnibus modis reijcienda, que
 coram Deo nihil ualeat, & damnationi adiudica-
 ta, quippe cuius me iam pudeat pīgeatq;, cuius no-
 mine me quoq; iam ipse condemnō, quam tamen
 magnificiebam, sperans fore multū gratiæ & me Abortus qui
 riti me apud Deum consequutur. Ita etiamnū ho- maneant.
 die oīs Iudæi & sancti Iudæorū abortus manent,

HOMILIAE D. MART. LVT.

qui solem nō intuentur, qui est Christus Iesus, sed
manent in tenebris, & de morte ad mortem trā-
migrant. Ideo abscisa est mihi illa gloriatio, quod
mea sanctimonia & meritis id impetraverim, &
Christus semet mihi aperuerit & manifestauerit,
& ad Apostolici munera functionem & dignita-
tem euexerit. Ut autem fructus bonus fierem, &
ad degendam uitam idoneus, per Christianum
mihi renascendum fuit, Baptismi & Euangelij ope-
ra adducto, educato & adulto, &c.

Cæterum de officio suo satis prolixo uerborū
circitu & digressione antē utitur, quam ad pro-
positi articuli tractationē de resurrectione regre-
ditur. Sum quidem inter Apostolos (inquit) munis-
mus, sed gratia Dei sum id quod sum. Quibus uer-
bis non uult Apostolatus sui officium haberi con-
temptui, quanquam uocatione ultimus extiterit,
& quod ad personam suam attinet, tanto honore
indignus, quippe qui antē Ecclesiam Dei crudeli-
ter persecutus sit, cum Deus multo copiosius
per ipsum laborauerit, quam aliorum unum ali-
quem, etiā sublimiū Apostolorum. Nam lymphas
tū illi & sediciosi spiritus non aliter cum illo atq;
semper agunt, qui hoc dicto tanquam pro peculia-
ri regula & principalī scientia sua utebātur, quo
dicebant: Eō ne angustie & paupertatis spiritus
sanctus

sanctus redactus est, ut neminem alium extra hunc
Paulum inuenire queat. Sicut hodie quoque uocifer-
ratur: Soli ne Vuittebergenses Thcologi sapiunt:
Nemo uero extra illos quicquam nouit: et spiritus
sanctus apud nos esse non potest: qua tandem in re
nobis sunt doctiores? His quoque multo absurdiora
homines stultissimi deblaterant: At qui ego quoque
Christianus sum, cui spiritus aequus est atque paro-
cho meo aut Doctori &c. An non perinde prædi-
candi artem, et iudicandi autoritatē ut ille tene-
re? Ad hunc modū plenis uelis uesaniae feruntur.

Illiud autem uero Apostolo, ac prædicatori fi-
deli et legitimate uocato auditu et uisu per quam
molestem est, ministerium ex officium uerbi tari-
to contemptu laborare, tamquam a talibus bestijs nu-
bili pendere, propter tantis meritis tam iniquas grati-
as referri, et quemuis fermè tantæ prouinciae ma-
gistrum esse uelle. Sed quid saceremus? fieri aliter
non potest. ista temeritas nullo modo compesci po-
test, præsertim cum ipse Christus ab hac tutus non
fuerit. Sicut Matth. ii. cōquestus est, ubi inquit. Et
iustificata est sapientia a filijs suis. Idem queritur Sa-
lonon nullum esse finem rectos magistros docen-
di et subinde nouos libros in lucem procudendi.
Solet autem ita fratre accidere, ut cum quis aliquid in-
seperit, idque recta ratione tractat, protinus multi

HOMILIAE D. MART. LVT.

irruant idē multò dexterius exercitaturi, et quis
que hic singulare quoddā admirādā sapientie spe
cimen exhibere nūtitur, et omnia meliora facere.
Qua cōtentione & studio nihil aliud agitur, nisi
q̄ uniuersus mundus temerarijs magistris et solo-
nibus impletur. Quemadmodū hactenus quoque
cum doctoribus scholasticis actum uidimus, libro
sententiarum in lucem edito, & unius atq; alteri-
us commentarijs in eundem scriptis, tota agmina
scriptorum emerserūt: nec quisquam Doctoris ti-
tulo dignum se esse reputabat, nisi ingenij & ar-
tis suę uires & magnitudinem in hoc libro ex-
ponendo ostendisset, ac præcipuum in sentencias
librum conscripsisset. Haud aliter agitur in cate-
ris quoq; artibus, etiam mechanicis opificijs, quo-
rum præstantes artifices semper imperitos illos
& male scribatos asinos ferre coguntur, admisen-
tes se bonis, qui quāquam nihil recti teneant, om-
nia tamen imitantur, & meliora facere nituntur.

Ita Paulus quoq; apud tales cum suo Euāglio
nō plus effecit, cū summa fide docuisset, nisi q̄ stu-
tiissimis blateratoribus occasiōne dedit ipsum re-
prehendendi, qui nihil perinde callebāt, atq; Pat-
rum contemnere et uituperare, se aut̄ Thrasonice
extollere ad hunc modū, Chariſſimi amici, equidē
neq; nos de quercubus & saxis natūsumus, eque
baptisati

IN XV. CAP. I. CORIN. 38

baptisati & Christiani atq; Paulus ille. Et quis ali
us ille fuit, q; persequitor Ecclesiæ: quod neq; ipse
diffiteri audet. Adhæc homunculus est abiectissi-
mus, nulla dignitate corporis præditus aut specta-
bilis, sicut uocis gracilitatē & pronunciationē il-
li quoq; uitio uertebat. Illi cōtra clamatores erāt
maximi Θ μεγα λοφούτα ρι, quos populus
cupide audiebat, quippe q aures implere et molli-
bus articulis fricare nouerant. Itaq; quicqd pote-
rat in Paulo reprehēdebant, nihil ἀσυκοφάντη
πρωτόταξι τε relinquentes, quò maiore gra-
tia & opinione sibi conciliarent. Sicut nostrī lym-
phatis sycophātæ nobis quoq; faciunt, qui digni nō
sunt ut matellam (quod aiunt) nobis porrigant, illi
omnū maxime nos uituperāt, nostramq; existima-
tionem imminuunt, quasi minus nihil essentius,

Taliū clamatorū & sycophantarum gratia
hac de se dicere cogitur: Evidēm nō ignoro qua
infamie macula me afficiant, quibusue coloribus
me denigrent, & semet contra quam superbe &
arrogāter extollant, quò eruditiois & industriæ
opinionem apud homines sibi comparent, me ut
minimum & indignissimum Apostolorum contu-
meliosissimis dictis conscientes, imò ne Aposto-
lū reputantes. Sed qd facerē: illi omnis res cōmen-
danda est, cuius est tota Christianorum Respub.

HOMILIAE D. MART. LVT.

cuius est baptismus & Euangelium, & insumma
cuius sunt omnia: Hic si sua defendere nolit, omni-
nis conatus meus inanis est & irritus. Ego plus
præstare non possum, quam dicere, quod nam uer-
rum sit Euangelium, & uerbū Dei, præterea te-
merarios admonere temeritatis suæ. Qui me au-
dire & sequi recusat, ille periclitetur suo pericu-
lo. Idem nobis Pauli exemplo cum nostris phana-
ticis hominibus agendum est, nec plus exequi pos-
sumus, q̄ omni fide & diligentia dare operam, ut
doctrinae puritatem conseruemus. Hanc qui arris-
pere noluerit, ille nobis dimittendus est, ac uiden-
dum quid mercedis sit cōsequuturus. Si ueram do-
ctrinam & Apostolos respuit, falsorum doctorū
abunde inueniet, cum his quoq; Diabolum. Inte-
rea loci Deus haud dubie suos Christianos in ue-
ra doctrina conseruabit. Ipsi autem nihil prode-
rit illa immoda uociferatio, quod docti sint &
Apostolorum discipuli, ego uero uagus erro, &
abnegatus Apostle.

Etenim ipse ultro (inquit Paulus) de me dice-
re audeo, quod uidelicet persecutor & iugula-
tor Christianorum fuerim, tantum studiofissime
conatus, ut totam Christianitatem eradicarem, nec
dignus qui Apostolus à quoquam uocer, &c. Quē
admodum ego quoq; & non parum multi boni ui-
ri

IN XV. CAP. I. CORIN. 39

et Mecum ingenue fatentur, nos sub Papatu fuisse
perditos & damnatos homines, qui in Monachæ
tu uitam nostram male & turpiter traduximus,
ubi Deum & eius dilectionem filium Christum Iesum
quotidie non dicendis blasphemis, nostris Missis,
affecimus, idololatriæ plus quam gentiliter dedi-
ci. Nihilominus tamen Deus nostri misertus est, et
in gratiam recepit. Adhæc spiritu sancto nos uo-
cauit, ut per nos Christus modo manifestaretur et
innotesceret. Præterea multis & magnis dotibus
nos honestauit, quibus alios non est dignatus. Itaq;
cum Paulo gloriari possumus, quod Deus Euange-
lii multis seculis obscuratum per nos denuo in ae-
pertum produxerit, ac longe lateq; propagabit.
Hoc laudem nobis eripere non possunt, primos
fuisse nos, & primas prostrendi in lucem Euange-
lii absulisse, de quo ne iota quidem nossent, nisi no-
stra opera & studio in mundū prolatum fuisse.
Breueriter, quicunq; tandem aut qualescunq; fueri-
mus, Euangeliū, Absolutio et Sacramentū à paro-
cho & uocato prædicatore suo ipsis sumēda sunt,
neq; diuinæ ordinationes respuendæ uolētibus sa-
lutem consequi. Quippe si Deus aliter agere uo-
lisset, illos, tradita docendi & loquendi potesta-
te, huic prouincie præfecisset, ac nobis silentium
imposuisset.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Ideo autem Deus huic obeudo officio tam miseros
peccatores eligit, qualis Paulus et nos sumus, ut
Abiectos cur eligat Deus. talium Solonum presumptionem et opinionem
comprimat. Auersatur enim tam presumptuosos, se-
curos, et fastuosos spiritus, illos eligens qui noue-
runt et fateri coguntur se malos et perditos nebu-
lones fuisse, qualis Paulus fuit, et talibus peccatis
contaminatos, quae grandia et enormia peccata
coram Deo habentur et dicuntur, cuiusmodi est
Dei et Christi hostem esse, ut in humilitate deies-
ti maneat, neque inflato pectore cristas erigant,
neque habeant ullam causam semet iactandi (sicut
illi inexperientes spiritus faciunt) sed scilicet pro-
bi, sancti et eruditi fuerint, ac propterea a Deo
ad hoc officij electos esse. Relinquatur itaque soli
Deo ista libertas et iactantia, qua predicatores
et Apostolos animos et spiritus sumere uolen-
tes, retundat et dicat. Quid uero rei est, quamob-
rem superbire cogitatis? Aut contra quem tandem
cristas tollitis? An ignoratis cuiusmodi homines
fueritis? qui contra me pariter et Christianos
grauiissime peccaueritis, ac multorum sanguine
manus uestras contaminastis? Aut fortasse obliu-
oni tradere cogitatis, quantum gratie et miseri-
cordie uobis clementer ostenderim? Vult ergo
ut quisque noscat se ipsum, et etiam atque etiam co-
gitet

IN XV. CAP. I. CORIN. 40

bitet, in quo coeno atq; sentina deterrimorum uitiorum voluntatus sit, quo facto arrogantiæ & præsumptionis statim obliuiscetur.

Ideo nūc Paulus inquit, Quia inquam multa criminata in me ingeratis, meamq; paruitatem contemptissime eleuetis, propterea quod persecutor & criminator Christianorum fuerim, atq; etiam annum nil nisi abortus dicendus sim, & in numero Apostolorum minimus habendus, attamen sum Apostolus, et ille quidē tā sceleratæ et desperatae uite homo, plus cæteris oībus laboravi, licet corā Deo propterea iustificatus non sim, inuitis tamen clamatoribus & caluniatoribus meis citra arrogantiā gloriari possum, me plus laborasse q̄ te & alios, atq; adeo q̄ magnos illos Apostolos, licet tu longo interuallo melior et doctior esse cōtendas.

Sed inquis tu, atqui mihi quoq; spiritus sanctus est. Respondeo, Minime, neq; istud ad hanc rem sanitatis est, neq; ut sis sciēs, spiritū sanctum habere debes. Nam sicut supra dixi, si Deus in Apostolum aut predicatorē te elegisset et uocasset, tum mihi audiendus es, & mihi tacendū foret. Quia uero me ad id muneris uocauit, ego tibi audiendus sum, & pro tuo Apostolo aut doctore habendus. Quod si ante alios præcipuis dotib. spū et intelligētia cumulatus es, utere illis recto ordine et legi

HOMILIAE D. MART. LVT.

time (sicut Paulus 1. Corinth. 14. docet) tempore
uidelicet & loco ad quem uocatus es, non tali fa-
rocia & iactantia, qua nunc contra uocatum A-
postolum tuum uteris. Hac enim animi arrogatio
satis declaras, tuum spiritum à spiritu sancto longa-
ge latèq; abesse, & ne tantillum quidem de spiri-
tu Dei hauisse. Pius enim Christianus ita non fa-
cit, qui quanquam aliquid audierit uerae doctrine
parum consentaneum, prædicatorem nequaq; tra-
ducit, sed humiliter & fraterne errati admonet.

Quapropter parum refert, illos maiorem a-
pud populu obtinere opinionem, & clamando uo-
ciferandoq; magis exercitatos esse, sed in hoc sum
maius posita est, qui cum fide & diligētia officiū
suum exequitur, & plurimum in eo operatur. Ila-
lud uide, num uocatus eam doctrinā exorsus fit,
quam ego tracto (inquit Paulus) qui ad predican-
dum uobis à Deo missus sum. Modice uero temo-
ueat quamlibet tandem sim uilis homuntio: neq; illi
tam acerbe et cōtumeliose me tractare potes, nec
ita contemptum reddere, propter antea te uite
scelerā et flagitia, qn ingenue fatear talibus pros-
bris dignū esse me. Attamē idem ille Paulus, q an-
tē Christi blasphemator extiti, nunc sum Apoſt̄o-
lus, q et haberiuolo. Neq; n. it: ut olim fui nūc in
spiciēdus sum, sed secundū officiū in quo nūc sum
positus;

IN XV. CAP. I. CORIN. 42

positus. Quod ad uitam meam attinet, non ægre
pator me criminose impeti & conuitijs proscin-
di, etiam ueris, quod Apostolorum sim minimus,
imo ne dignus quidem qui uocer Apostolus, ne
Christianus quidem, ut is qui Christianos omni
crudelitate persequuntur est, & perimendis inno-
centibus adiutor extitit. Quod autem ad officia
um perfimet me & fidei concreditum prædicando
& baptizando &c. nolo à quoquam iudicari aut
contemni: quin nec ipse etiam Diabolus prohibe-
bit, nec ulli ei à me gratia habebitur. Si quidem
quod ad personam meam attinet, quantumcunq;
tandem flagiose & scelerate uixerim, peccata
condonatione iam abolita sunt, sumq; iam Dei
gratia id quod sum, nimirum è blasphematore &
persequitore sanguinario conuersus & Christianus
factus, ad Apostolatum uocatus, qui fidem
Christianam inter gentes fundauit & plantauit.
Sed hæc non iacto, tanquam à me facta, neq; enim
naturæ aut ullius hominis sunt opera, sed gratiae
divinæ, qua sine omni meo negocio & cogitatio-
nibus ab homicidijs & sanguine innocentium de-
menter creptus & absolutus, ac cognitione Chri-
sti & donis multiplicibus Spiritus sancti cumula-
tus, amplissimisq; honoris, & officij gradibus de-
coratus sum, Ideo officij mei functionē contemni

HOMILIAE D. MART. LVT.

nolo, cuius si mea essent opera, aequo animo pe-
dibus conculcari paterer, ut prioris uite mee
conditionem & sanctimoniam in Iudaismo. Cum
autem opera Dei sint, iactare illa uolo, & ab om-
nibus iactari contra mundum atq; Diabolum, re-
spuentem uero illa, in abyssum condemnare. Bre-
uiter, que nos ipsos impetunt, ea nobis toleran-
das sunt. Quod autem gratia fuerit, ut est hoc
officium præcipue, meram gratiam habens &
largiens, uolumus honoratum ab omnibus, qui quic-
dem homines Christi ini cisse uoluerint.

Fidelis Do- Ad hæc uides hoc loco, quod Paulus bonū &
ctor est donū fidelē prædicatorem gratiā Dei uocet, ut intelli-
et gratia Dei. gamus non esse humanarū uirium aut potentie,
prædicatore esse aut facere. Sicut neq; humanares
est Christianū esse, sed diuinā potentia, gratia &
donū supra naturā exhibita, quibus Deus in nos
bis operatur. Talis uir, inquit Paulus, ego sum, qui
Euangeliū uobis gratiæ diuinæ beneficio attuli,
(sicut ipse idem per eandem quoq; adeptus sum)
egoq; uobis à Deo donatus sum, ut res multi pre-
cij, pro qua colere et honorare me deberetis, ne
quis contra me arroganter se iactare posset, nec
mihi obijcere, tanquam mea somnia prædicarem,
aut quasi ultro & mea sponte uenisssem. Non sum
illorum similis, qui prædicandi munus ultro sibi
sumunt

IN XV. CAP. I. CORIN. 42

sumunt et arrogant, et semet nolentibus intru-
dunt, sicut errores nostri hodie faciunt, neq; ut
in Tōkān tōn yāo tōn išekpi illi prædicato-
res. Sed quicquid sum et teneo, quicquid habeo
et apporto, hoc solum ex gratia Dei profectum
est. Ita Christianis gloriandum est, gloriari uolen-
tibus, nō ut arrogantes et fastuosí illi spiritus, qui
suum spiritum et magnitudinem scientie et sapi-
entie neq; nō sanctitatis ambiciosissime et in-
temperantissime iactare non desinunt.

Constat autem hæc Pauli gloriatio multis uer-
bis, cum inquit: Et gratia eius que profecta est in
me, nō fuit in manis, sed copiosius quam illi omnes
laborari, &c. Hoc nimurum est sublimius adhuc
ferri contra contemptores, qui ipsum ut miserū
et contemptū, nec ullo modo cū alijs conferendū
aspernibantur. Nec uero solū alijs se parem facit,
sed gloriatur insuper etiam, Deū res magnas per
ipsum effecisse, ac plura et maiora etiā quam per
ullū alium. Opponit aut̄ hæc uerba (Gratia Dei in
me nō fuit in manis) aduersarijs suis, adeoq; omni-
bus sectarijs quorūcunq; temporū, qui tametsi in
illo ipso officio gratiae sint, non tamen in gratia
manet, sed deficiunt ab ea et sunt blateratores
et fanatici, multa quidem garrientes, nihil au-
tem efficientes aut edificantes, pro ut officium

HOMILIAE D. MART. LVTH.

ipsorum requirit: atq; ita gratia Dei est manus in
eis. In me autem (inquit) non fuit manus, siquia
dem per illam sparsi Euangeliū in omnes gentes,
ac non parum multos ad fidem in Christum con-
uerti, sicut & alibi dicit, se ab Asia in Italiam usq;
omnia Euangelio repleuisse. Itaq; & prouocare
eos audebo (inquit) qui me propter contemptū
personam quam sustineo contemnunt & eleuant,
ut & ipsi eadem de se uere doceat. Etenim si quid
gloriando efficitur, ut sentio quidem ipsis maxis
me cupere gloriari, libere profiteri possum, me
plus omnibus effecisse, atq; in hoc piē & uerē
gloriari possum. Et esto sanè ut multum gloriantur
non de gratia, sed de propria sua industria &
eruditione ac sublimibus donis, id quod non gra-
uatum illis concessero, hoc uero nequaquam illis
concedam, ut pari studio et industria Euangelion
prædicauerint, ac pares fructus per gratiam sint
consecuti, sicut de me constat.

Cum itaq; dicit: Copiosius quam illi omnes la-
borauit, potest de omnibus Apostolis intelligi,
(sicut ferè intelligi solet) quasi se supra ceteros
extollat: ego uero sentio, cum in genere omnes di-
cat, non ueros Apostolos opinari, sed opponere
se adeoq; insultare fanaticis et spermologis. Ac si
diceret. Tametsi multa fecerint ac sciant etiā glo-
riari;

riari, tamen omnes in uniuersum non tantū fecerūt, quantū ego solus & unicus ac minimus A postolorum, ut nimirum hoc modo maneat in materia subiecta. Nēq; enim his uerbis quidquam uestris Apostolis uult detrahere, inter quos et se ipse numerabat, sed contra Pseudoapostolos loquitur, qui ipsum prorsus nihil pendebant.

Attamen si quis hæc uerba copiosius quam il Paulus quod omnes laborauit, etiam ad ipsos Apostolos uult modo copio referre, is sic poterit intelligere, quod labore suo siue ceteris latius progressus sit quam reliqui omnes. Hi enim borauerit. necesse habuerint in Hierusalem et Iudea manere, nec ultra q; ad Iudeos suum nimirum populum mittebantur. Paulus autem una cum Barnaba segregatus est per Spiritum sanctum, ut est Act. 13. ut duo præcipui Apostoli in gentes amandarentur. Ita sua prædicatione totum Romanum impetravit, quod duodecies amplius & spacioius erat Iudea) per uagatus est. Itaq; iure optimo gloria ripotest, se copiosius laborasse, quam omnes ceteros. Ex hoc non raro gentium Apostolum & Doctorem se nominat, ut non iniuria pater & Apostolus noster habendus sit. Principalis tamen Apostoli sententia notat Pseudoapostolos, quos cum sua lactantia negligendos esse dicit, cum ipse non solum fuerit Apostolus, sed utilis quoq;

HOMILIAE D. MART. LVTH.

¶ operosus, quiq; gratiam habuerit plus fru-
ctus producendi inter Christianos quam illi co-
munes unquam præstiterunt, aut etiam in futurum
præstare poterunt.

Cæterum, ne quis forte in eam opinio-
nem aut cogitationem ueniat, Paulum esse elati-
am arrogantis animi, dum se supra omnes eti-
am summos Apostolos iactanter commendat,
dicendo, se cæteris plus laborasse, statim addit,
Non ego, sed gratia Dei que fuit in me C.
Quibus uerbis nihil sibi arrogat, sed omnia gra-
tia diuinæ assignat: itaq; nihil arroganter sit
superbe, sed uera & Christiana humilitate ista
dicta sunt. Fatetur enim se nihil esse, & tamen sa-
lubri quadam superbia utitur, que ncq; sui neq;
alterius præsidio, sed Dei solius nascitur. Pre-
terea quicquid huius factum, hominum salutis
gratia factum est, ne semet Pseudoapostolis se-
ducendos præbeat, sed cognoscant quid in
ipso habeant. Hoc enim hominibus salutare est
& utile cognitu, ut admoniti à falsis doctori-
bus deterreantur, ac prædicatores ita queant
discernere, ut dicant: Hic noster est prædic-
tor, quem Deus nobis largitus est, qui Verbum
Dei iam inde ab initio recte docuit, multorum
bonorum autor extitit, suiq; egregium specie-

mcm

IN XV. CAP. I. CORIN. 44

men gratia Dei exhibuit. Ille uenit huc clan-
culum se inservens, aut semet sine ulla uocatio-
ne intrusit, ut nostrum contemptibilem faci-
at, neq; quisquam, qui sit, nouit, multo minus
quid illi fidendum sit. Eam ob causam huius, quem
Deus nobis dedit, auditores erimus.

In hunc modum uera doctrina in animis
hominum facile retinebitur, ut in ea maneat,
quam ipsis Deus dedit, & quam cognoverunt.
Hoc autem nobis exemplo esse debet contra Pa-
patum & omnes sectas gloriandi, quod Deus
Verbum suum & huius sanos Doctores largitus
sit. Quo nomine quamuis nos contempserint,
& herescos damnauerint, nihilominus tamen ue-
ri prædicatores & Christi serui sumus. Ad hæc
ab ipso quoq; Papa ad officium docendi uoca-
ti, quibus talis gloriatio contemnenda non est.
Non quod ob eā coram Dco meliores habeamur,
sed ideo, quod doctrina nostra in populo firmius
maneat, nec in illum dubium aut hæsitationem ueniat
aut ponatur. Nobis enim ipsis nutantibus aut du- Vocatiois no-
bit antibus, num ueri prædicatores simus, tum uni- stre certi es-
uersa multitudo incerta animi pariter hæsabit. se debemus.

Siquidē cuius homini suo in statu talis gloria
tio obtinēda est, ut certus fit, Dco suam conditio-
nē sive uite statū probari. Sicut quisq; pater erga

HOMILIAE D. MART. LVT.

liberos suos, quamuis impius fuerit, non credens Euangelio, cum tamen glorie titulum obtinet, quod Pater sit, cuius partes sunt ita aget cum filio, ut patrem decet: nec debet tantum licentiae liberis permettere, ut ipsum respuant, quamvis pauper, nec satis uitae integer, aut moribus obnoxius fuerit, et ideo indignus parentis nomine et honore habendus, sed cum autoritate dicat: Qualis qualis sim, tamen pater tuus sum, et tu filius meus, qui patris officium mihi non quam extorquebis, neque te ex obedientia mea subtrahes et c. Neque enim ullo proprio consilio, aut aliqua animi libidine me tibi patrem constitui, sed Deus ita te creavit, et mihi dedit. Non aliter cuius Patrifamilias erga seruum suum, cuique Principi erga subditos suos, facere conuenit, ut dicat, Quanquam incepsum, et multa in me ipse desiderem, tu tamen meus seruus es, aut subditus, uoloque in domini loco a te honorari: et coli, etiam si bis fastuosior sis, nulla etiam habita tibi a me gratia, non quidem mea caussa, sed Dei, ita fieri uolentis. Si multis labore desellibus, nihil ad te, Verum hoc a dominio meo non liberat: neque enim hoc mecum est mandatum, sed Dei opus et ordinatio.

Cum itaque talis gloriatio in mundanis statibus
aideatur

IN XV. CAP. I. CORIN.

48

Nideatur necessaria, quanto magis in spiritualibus officijs illa opus est, quod Dei opus & administratio totum est, quodq; sicut nemo non pro sua libidine emendare studet & contemnere. Itaque confidenter contra tales lymphatos spiritus, Dei verbo & ordinatione fratris nobis dicendum est: Proseindat me conuicijs & respuat qui uoluerit, officij tamen gratia, si tibi Christus cordi est, & salutua curæ, tibi honorandus sum; neq; enim tu meus es parochus neq; concionator, cui muneri me Deus præfecit, estq; Euāgeliū tibi à me discēdunt, et per officiū meum in cœlum scandendum.

Hæ sunt illæ uerborum ambages, quas Apostolus de officio suo præmisit, ad terrendos & retrahendos homines à sectarum autoribus, qui hunc articulum de resurrectione mortuorū impugnauerunt, Quibus confirmandæ prædicatiōnis suæ gratia uetus est, quod à Deo ad officium apostolicum ascitus sit, & se ita exhibuerit, ut magna gratia estimanda sit, quicquid fecerit aut docuerit. Tribus itaq; testimonijs suæ doctrinæ utitur, Scripturæ, experientiæ, ac officijs sui & frumentum illius. Iam quicunq; hanc arripere noluerit, ille sequatur per me sanè lymphatos spiritus. Ideo digressionem suam concludit. Siue igitur ego suæ illi, sic prædicamus, et sic credidistis. Qui

HOMILIAE D. MART. LVT.

bus uerbis id innuit: Audiuitis haud dubie quid sim, quid prædicauerim & fecerim, que doctrina mea ut ueri apostoli fuerit: quod eandem doctrinam cum alijs Apostolis docuerim, qui mihi testes sunt, tum quod ipse præ ceteris Euangelium latius in mundum sparserim & dilatauerim, & uos ita quoque accepistis, credidistis, & cognouistis pro uera doctrina Euangeli, ex quo articulus hic fluxit & fundatus est Quocirca in ea uobis manendum est, nec permittendum, ut ab illo per alios prædicatores auellamini. Quibus uerbis opus seu officium quod obiuit, & frumentum qui inde profluxit coniungit, quo indicat prædicationem suam nihil aliud fuisse, quam de isto articulo Resurrectionis mortuorum, Scripturæ testimonio & multorum corundemque censorum hominum experientia comprobata. Ians vero, ipsius articuli cōprobationem aggreditur, falsorū doctorū errorem efficacissime refellendo, qui hoc ueneno multitudinē Christianorū inficerat, q̄. Resurrectio mortuorū nihil esset et inquit.

Quod si Christus prædicatur à mortuis resurrexisse, quō dicunt quidam inter uos, non esse resurrectionem mortuorum? Porro si resur-

IN XV. CAP. I. CORIN. 46

resurrectio mortuorum non est, ne
Christus quidem resurrexit, inanis
videlicet est prædicatio nostra, ina-
nis autem est & fides uestra. Repe-
timur autem et falsiteſtes Dei; quo
nā testificati ſumus de Deo, q̄ exci-
tauerit Christū, quē non excitauit,
ſi uidelicet mortui non resurgunt.

Principio haud obscure uides quām immanes
belue ſuere pſeudoapostoli, qui Paulum repre-
bendere, & eius paruitatem & anteactam uitam
contemnere & probri loco obijcere ausi ſunt,
quasi ipſi ſpiritu ſancto pleni, & uitae ſanctimo-
na atq; integritate iſignes extiuiſſent. Neq; du-
bitabant de ſe id glorioſe in uulguſ ſpargere &
docere, reſurrectionem pro nihilo ducendam eſ-
ſe, omnium Apostolorum testimonijſ reclamanti-
bus. Quantæ uero foeditatis hæc fuſt abominatio,
eorum ſcilicet, qui Christiani eſſe & perhiberi
uolebant, ſeq; ſpiritu ampliſſime donatos iacta-
bāt, ut q̄ primi uestigijſ Apostolorū ſuccediffiſſent,
nōnulli quoq; à Paulo ordinati et instituti? Præte-
rea hæc ipsa inter diſcipulos Pauli prædicarūt,
quos ipſe tāto tēpore doctrina Euangelica imbue-
rat, & hunc articulū diligētiſſime tractauerat.

HOMILIAE D. MAR. LVT.

Cæterum diuus Paulus omnium suorum argumentorum robur & confirmationem hoc fundamento corroborat, à quo factum est exordium. Christus à mortuis resurrexerit, quod Christiana doctrinæ caput est, nec quisquam inficiari potest, qui quidem Christianus esse uoluerit, aut sicut noster prædicator Euangelij. Quo fundamento illos conuincere nititur, & concludere, negare surrectionem mortuorum, eadem opera posse quoque negare Christum resurrexisse. Primo enim ueritatem non obtinente, etiam secundum falsum esse constat. Cum autem cuique Christianorum credendum & fatendum sit, Christum à mortuis resurrexisse, statim neque difficulter adducitur, ut credat & fateatur, etiam resurrectionem mortuorum ueram esse, aut illi totum Euangeliū, & omnia quæ de Christo & Deo prædicantur, in uniuersum abneganda sunt. Siquidem omnia ex se dependet mutuo, tanquam cathene membra per mutua nexa sunt, ita ut uno articulo manente, etiam reliqui omnes inconcussi permaneant. Ideo cuncta uno quasi fascie contracta complectitur, semper unum per aliud concludens.

Cæterum inualida admodum apud gentes & infideles hæc adparet esse dialectica, qui non tantum hunc negant articulum, quem sibi probans

dum

IN XV. CAP. I. CORIN. 47

dum proposuit, sed etiam omne illud quod ad confirmandum adducit, vocantes probare negatum per negatum, & petere principium. Ut si quis aliquem in ius traheret, eundemque coram iudice hominem nequam criminaretur &c. incumbeat autem illi probatio, nec aliud diceret, quam illud iterum atque iterum repetendo, uerum est, ne quae es homo intus & in cute. Hoc non dicetur probare contumeliam, sed inaniloquium. Nam crimen planum facere uolenti, testes producendi sunt, & alia huic rei necessaria. Non secus quoque Pauli probatio appetit, dicentis, Si resurrectio mortuorum non est, neque Christus a mortuis resurrexit. Si enim haec gentili dicuntur, de uno tantudem atque de altero aestimant, & que minus credens Christum resurrexisse, atque nos olim resurrecturos. Ideo hac argumentatione minime movetur, que etiam si ualida esset, tamen a particula tantum ad uniuersale ducta esset, que recta conclusio dici non potest, ita conclusa: Cum unicuius Christus surrexerit, ideo omnes surgere nesciisse esse. Quemadmodum non recte infertur aut colligitur, si dicere uoles, Hic iudex latro est, igitur omnes iudices sunt latrones. Aut parochus noster sediciosus fuit, ideo omnes parochi sediciosi fuere. Hoc non esset apte & dexteriter

HOMILIAE D. MART. LVTH

docere, ex uno dic integrum astatem facere, aut ob unius latronis culpam, omnes homines accusare latrocinij: breuiter, ex uno omnia facere. Ita hoc loco ualde infirmiter confirmatur, Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Ut enim concedatur Christum a mortuis resurrexisse, nondum tamen propaterea euictum aut conclusum est, omnes homines resurrecturos.

Ego autem initio dixi, hanc doctrinam solis Christianis proponendam, qui hunc articulum de resurrectione fide amplectuntur & credunt, cuius uirtutem nouerunt & intelligunt, nimirum quamobrem Christus surrexerit, si uellet ut mortem superaret, & nos per hoc conueniremus, ut cum ipso in cœlesti uita perpetuo degeneremus. Cum enim caput nostrum sit, & nos ipsius corpus & membra, sua resurrectione nos quoq; excitare debet, inq; nouam & immortalium uitam collocare, id quod alibi persepe indicat. Ne tamen ipsius confirmationis reprehensionem uenire queat, argumentationem suam multis modis firmam facit, confirmationem inter se connectens & colligans, ut efficaciter convincandi, quam dialectici uocant reducere per impossibile.

Resurrecti-
onis Christi
uirtus.

IN XV. CAP. I. CORIN. 45

impossibile, ita inferre uolens: Abneganti hūc articulam, multò plura neganda sunt. Primo q; recte credatis. Deinde uerbum quod creditis, uerū suisse. Tertio q; nos Apostoli recte docuerimus, quodq; Christi Apostoli fuerimus. Ultimo, quod Deus uerax sit, & in summa, quod Deus sit.

Hec enim omnia una quasi cōclusione ex antecedentibus inferuntur, Si fides mea falsa est, etiam uerbum falsum esse oportet. Si uerbum falsum est, predicator itidem falsus est. Ex hoc sequitur Deum quoq; qui p̄dicatorē misit, falsum esse, Qui si falsus est, neq; Deus esse potest. Iam quicunq; tanta impietate adductus dicere audet, Deum non esse Deum, ille uiam suam persequatur. Qui enim nihil prolus credit, & omnia que de Deo eiusq; uerbo dicūtur semel negat, cū illo Negans principiū nobis est negotiū. Sicut in Scholis quoq; doctipia. cent, Contra negantem principia non est disputandum. Qui omnia ea inficias ire non reformat, que natura docet, & omnium hominum consensus & ratio approbat, cum illo nulla est suscipienda disputatio, sed medico opus habet, est p̄ablegandus in Anticyras, ut helleboro puraret cerebrum. Illud enim perinde est atque si quis diceret, album non est album, sed nigrum, & duo non sunt duo, sed unum. Nobis autem

HOMILIAE D. MART. LVT.

Vera doctri-
na que.

sum illis sermo est, qui Deum pro Deo habent, qui uerax sit, et mentiri nesciat, quiq; Aposto-
los pro ipsius legatis uenerantur, Verbum ipsi-
us prædicantibus, quos non secus atq; Deum ip-
sum audiunt, sicut ipse Christus testatur, Qui uos
audit, me audit, et qui me audit, Patrem meum
audit. Hac nostra sunt principia, fundamenta, et
principales articuli, quibus tota Christianorum
doctrina nititur. Tota namq; Scriptura de hoc
unico Deo, et ipsius filio ac Apostolis testatur et
loquitur, quod ipsorum doctrina sit uerissimum
atq; ipsissimum Verbum Dei, cui qui fidem habu-
erit salutabitur. Iam si haec omnia inficias ire uo-
lueris, tum nihil tecum mihi est rei aut commer-
cij. Nam qui Deum eiusq; Verbum et sacramen-
ta inficiatur, ille quoq; resurrectione mortuorum
baud ægre inficiatur. Quod si tanta animi cecita-
te et impietate accensus dicere audes, Deum non esse
Deum, tum Apostolos et totam Christianitatem
non sanc docere et credere, quid obstat ut non
per omnia impius neq; resurrectionem, neq; cae-
los, neq; inferos, neq; diabolum, neq; angelum,
neq; uitam, neq; mortem, neq; peccatum, neq; con-
demnationem ullam et c. esse dicas et affirmes?
Cui enim rei fidem habebis, aut quid crediturus
es, si Deum esse non credideris?

porr

Porrò si tibi in animo est, in eorum quoq; comprehendi numero, qui Deum & eius Apostolos cum ipsis uerbo & Christianitate ueraces existimant, tum facile extorquebimus, ut persuasus & conuictus huic articulo fidem habeas. Neq; enim Resurrectio possibile est, atq; adeo fieri nō potest, ut falsa sint, mortuorum quae Christiani credunt, & Apostoli docent. Ad. es. certa. hec illud quoq; impossibile est, Apostolos esse falsos testes Dei, sic enim Deus uerax non esset, & per hoc neq; Deus. His autem statibus principis, consequentia te urget ut credas resurrectionē mortuorum esse, tam certe & indubitanter esse, quam Deum esse constat. Siquidem illam per filium suum in scriptura manifestauit, & per Apostolos predicari uoluit, iamq; à Christianis recepta & credita est, quae omnia eō tendunt, ut ueram esse certum sit.

Ita omnia mutuis nexibus connectuntur, Apostolorum & Christi uerbum, Christianorum fides & cōfessio, tum Dei ueritas et maiestas, ita ut nullum ex his sine alio mendacij coargui possit. Quo firmiter stante & uero manente, illud quoq; certum est, mortuos esse resurrecturos, approbante hoc scriptura, & Christianis sic credentibus. Paulus itaq; indissolubilem quandam catenā sic connectit. Quād certum & uerū esse constat Deum

HOMILIAE D. MAR. LVT.

et Christum uiuere, et Christianorum fidem
ac doctrinam rectam et sinceram esse, tam hic
quoque articulus omni certitudine est certior.
Si autem adhuc superest quispian, qui his omnibus
bus contemptis diuersum confirmare non dubia
tum, illum Diabolo commendabimus, ut eum qui mihi
societatis aut coniunctionis nobiscum habere
dignatur, qui credimus et uerbum accepimus,
insuper ipsi coram experti sumus, quod uerbum
uum confirmauerit, quod Ecclesiam Christianor
rum congregauerit, et hactenus defenderit. Hanc
non pauci sanctitate uite preclarui viri suo sanguine
confessi sunt, perq; multas difficultates et tem
tationum acerbitates in fide et huius articuli con
fessione mortui sunt. Itaque donec huic funda
mento innixi stabimus, facile quoque hunc arti
culum retinebimus.

Ita uides hunc textum fortiter pugnare, et
recta ratio nostram doctrinam propugnandi.
Siquidem haud aliter fidem et omnes articulos
confirmare possumus. Nam qui Deum et Christum
inismus, tum fidem et Euangeliū credere
de dignatur, illi ne Ciceroniana quidem eloquen
tia quicquam, quod crediturus sit, persuadebitur,
sed frustra erit omnis dicendi cōtentio, quicquid
tandem illi dixeris, non secus ac si Turcam nostra
fide

IN XV. CAP. I. CORIN. 50
fide persuadere uelis, cuius omnia fundamenta se
me in uniuersum negat.

Cui contraria dicimus, Quandoquidem eō im-
pietatis tecum uentum est, ut Christum & Apo-
stulos cum scriptura amplecti nolis, non postula-
mus amplius ut nobis quicquā credas. Neq; enim
nos ipsoſ predicanus, neq; aliquid ab hominibus
inuentum, aut in lucem productum, sed illud ip-
sum uerbum, quod scripturæ testimonijs iam inde
ab initio fundatum, & primo parenti nostro A-
dam à Deo de filio suo Christo, promissum est.
Hoc qui contemptim aspernatur & fastidit, que-
rat aliud. Nos in eo permanebimus, quod Adas
mus incepit, & omnes sancti Patres & Christiani
n incrediderunt, quod hactenus præ omni poten-
tia, sapientia, & mundi violentia, neq; non por-
tit inferi inconcussum permansit. Hoc qui arris-
puerit, nobiscum huic articulo nō ægre fidem ha-
bebit. Cum talibus enim sic animatis disputatio-
nem libenter suscipio, quos etiam ad credendum
sic noui inducere, Credis Christum à mortuis re-
surrexisse, qui ergo negare potes mortuos non
resurrecturos? &c. Omnibus enim modis ex-
cordem & uesanum te esse oportet, in Christum
credentem, ipsius Verbo & Apostolis nolle cre-
dere. Ut summam perstringam, non sumus ne-

HOMILIAE D. MART. LVT.

scij, primum parentem nostrum Adamum huic articulo fidem habere incepisse, Semen mulieris conteret caput serpentis, quod ad nos tanq; per manus traditum iure quodam hæreditario peruenit. Hic deinceps subinde clarior prædicari coepit, translatus ab Adamo ad Abraham, ab Abraham ad Mosen, à Mose ad David, à Davide ad Christum & Apostolos, per hos nobis quoq; communicatus est.

Ita Paulus uerissimis & firmissimis principijs hunc articulum propugnauit, ita ut qui resurrectionem mortuorum negare in animum inducerit, ille quoq; Christum resurrexisse negare cogatur. Quibus abnegatis cuncta inficiatus est, Deum & Christum in omnibus suis dictis ac factis mendacem reputans, imò penitus pro nihilo, Et que talis quoquis gentili deterior et gentilior existimandus, cui neque Deus neque homines operari possunt aut consulere. Fortiora & potentiora docere non possum, Ideo haec fundamenta nobis retinenda sunt, ut certissimus, neque fallere opinioni innitamus. Quām enim firmiter & indubitanter alios credis articulos, tam indubitate etiā hic tibi credendus est. Proinde si potes credere Deum esse Deum, neque in hoc tibi hæsitandum est, post hanc uitam iterum à mortuis te resurreeturum.

IN XV. CAP. I. CORIN. 52

aurum. Ante enim Deus mendax fieret, quam quod tibi perpetuo sub terra latendum & iacendum esset. Cum autem certissimum sit Deum mentiri minime, neque suam diuinitatem deserere aut abnegare, hunc quoque articulum uerum fieri nescire est, qui coram Deo tate est certitudinis, ac si mortuorum resurrectio iam facta esset: Licet multo alter iam uidetur, homine sepulto & in starcadaueris putrescente, adhuc, a uermibus absunto & corroso.

Nam qui animum ad credendum induxit, illi spectandum non est, quid quinq[ue] sensus capiat aut indicet, neque enim Deus secundum illos quicquam iudicat, sed quid ipsius Verbi ueritas dicit, dum inquit, Mors ego tua mors ero, ego te absorbebo, & quem tu absorptum deuorasti, illum ego iterum uiui facio, aut Deus non ero. Et quemadmodum ipse conditione seu statu minime intuetur, in quo uersantur mortui, quorum hic decem ulnis sub terra conditus est, ille redactus in cinerem, & penitus uenitus dissipatus, tertius a uolatilibus & uermibus absorbitus, sed mera uita ante oculos ipsius est, Statuit enim hanc temporaneam & mortalem conditionem in nouam & perpetuam uitam commutare: Sic nobis quoque inspiciendum est, & contra sensus nostros iudicandum id quod Deus

Credens non
moratur sen-
sus.

HOMILIAE D. MART. LVT.

dixit, et ita certo tenendum, ac si rem factam habemus. Omnibus autem modis cauere oportet, ne quid hic fide uacillantes habemus.

De Resurrecione dubitate quantum peccatum. Age uero ipse expendas uelim, cuiusmodi per catum sit, super hoc articulo dubitare, dicente Paulo perinde esse, ac Christum & Deum abnegare: fidei, Baptismi & Euangeli palinodiam & nere & mendacij coarguere, ac tantundem dicere, neque Deum neque Christum esse credo, sed omnia uana & falsa, quæcumque de fide Christianorum unquam dicta sunt. His & consimilibus rationibus pectus tuum animosum reddendum, & fides plantanda erat, cum hoc fixum in corde haberet ac sedulo cogitares: Ab quam horrendum foret scelus & nefarium, & grauissima Dei blasphemia, bunc articulum non credere, Ita enim, teste Paulo, negasset quoque Christum resurrexisse, & Deum uerum esse. Absit uero ut tale quiddam dicam, ac tam nefarie blasphemie locum in animo concedam. Quapropter hic articulus nunquam mihi habebitur ambiguus, sed longe certior quam uita mea & stimabitur, cuius fiducia magno animo hinc emigrare non dubitabo, ut si mortuus computruero, tamen persuasissimum habeo, me in lucem denuo reducem futurum, & clariorem radijs solaribus emereturum.

IN XV. CAP. I. CORIN.

42

Ita hic textus utilis est, cum ad fortificandum
& animandum credentes, tum ad conterendum
contradicentes, ut sciant in quam grandem bla-
phemiam incident, hunc articulum abnegando,
tanquam ad hunc modum diceret, Nefas est cha-
risimi Corinthij subannare huc articulum, nam
abnegato illo, haud quaquam rem leuem abne-
git, aut unum solum articulum, uerum Deum ip-
sum accusatis mendacij, & Christum ipsum infi-
tati estis. Sed si quid de Deo et Christo sentitis (ut
nobis Christianis esse uolentibus omnino sentien-
dum est) resurrectionem certe abnegare non po-
testis. Rationibus enim inducemini ad fatendum,
nullum subesse posse dubium, cum Christus ita
Apostolos praedicare iusserit, quod ipse etiam o-
pere planum fecit ex testatum exhibuit. Quocir-
ca nulla animi hæsitantia, sed animose & auda-
cter omnis est iactanda alea, & hoc articulo mu-
nitis è uita decadendum, ita ut cum iam olim reda-
cti in cinerem, et optabilis illa tuba extremò clas-
sicum cecinerit, dixeritq; (sicut Christus ad La-
zarus) Petre, Paule, exiforas, nos in momento
simus emersuri, toto cœlo nitidiores, integro cor-
pore & omnibus membris compacti, quanquam
iam puluis simus, aut in aqua depasti, aut à lupis
discerpti, aut à coruis absumpti.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Etenim si mortui non resurgent, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, super vacanea est fides vestra, ad huc estis in peccatis vestris. Igitur & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in vita hac spem in Christo tantum fixam habemus, maxime miserabiles omnium hominum sumus.

Hoc loco Paulus argumentum ante adductum concludit, utens illo fortius & amplius, uno, quod aiunt, fasce cuncta complectens, que secutura sunt, si huius articuli certi non erimus in Christianismo. Tanta autem uerborum contentionе ideo retinetur, quo Corinthios contra falsos doctores retineat. Facile autem apparet, estq; perspicuum omnibus quam negligentes, leues & frigidi in tenendo hoc articulo fuerint, quod quidem Paulus et gerrime passus est, hoc prorsus dubitate, illo ridicula loquente, nonnullis plane gentiliter de resurrectione mortuorum sentientibus et loquenteribus. Quorum hominum adhuc non pauci inueniuntur, q; de illa nisbil creditur, estimantes occulta animi agitatione pro

IN XV. CAP. I. CORIN. 55

terridicula, cum primis uero illi, qui cæteros sapi-
entia & ingenij acrimonia anteire uidetur, quip-
pe qui pro suo intellectu uerbum Dei metiuntur,
& iudicant. Quemadmodum Sadducæi tempore
Christi hoc ueneno populum longe lateq; infec-
rant, iamq; hoc malo multi correpti pessum ierat.
Sicut fere usu uenire solet (falsis doctoribus ista
dissimilantibus) ut fere major pars hominum in
tam sœdam impietatem lapsa, tandem securè &
genialiter uiuat, modice Deum aut futuram ui-
tam requirens, non secus atq; si, quæ de cœlo &
inferis dicuntur, fabula uana forent. Et quanquam
Christiani uocentur, & baptismo timeti sint, qui-
bus etiam si multa pro concionibus tradita fue-
rint, non curant, sed subsannant potius, sicut Paulus
infra illorum sannas & ronchos indicabit.

Ita nunc particulatim hoc loco sua argumen-
ta tractat ab impossibili. Primo, Si mortui non re-
surgent, ne Christus quidem resurrexit. Ratio in
promptu est. Nam Christus quoq; unus est è mor-
tuis, immo omnium nostrum caput et primitæ (si-
cuit infra dicet) eorum qui resurrecti sunt. Qui
articulos si in Christo uerus non est, in nemine ue-
rus reperiatur. Secundo, inanis quoq; erit prædi-
catio nostra. Quorsum enim opus esset, ut nos met-
tantis laboribus docendi nequicquam onerare =

HOMILIAE D. MART. LVT.

mus, tot, tantisq; periculis & discriminibus ob-
ijceremus, si uanam hanc & inutilem fabulam
esse constaret? Eadem opera silentes Harpocra-
tem ageremus, posthabitum una cum Baptismo,
Sacramento & Scriptura ipsis etiam concioni-
bus. Neq; enim in hoc incumbimus, ut doceamus
quomodo Rustici sint cogendi, aut Resp. admis-
nistranda, aut quibus rationibus res familiaris
tuenda sit, aut quo pacto agricultura exercenda,
que omnia ante auditum Christum gentiles noue-
runt, quippe que ipsa ratio docuit, atq; adeo ne-
cessitas extudit extorsitq; nec opus est ad ha-
rum rerum exercitationem ulla Scriptura aut
concionem, sed neque Euangeli, ullae Dei co-
gnitionem

Quocirca si de nulla alia uita quicquam cer-
ti aut explorati haberemus, haud difficulter si-
lentium ageremus, hominesq; perinde ut animan-
tia rationis expertia uiuere pateremur, que &
ipsa norunt, quid ex usu ipsorum sit. Ita quidem
quiescentes otio indulgeremus, neglectis omni-
bus in uniuersum concionibus, opere & impetu-
sis parcentes, si uana ista essent & irrita, nec
buic presenti neq; futura uita quicquam pro-
descsent aut inservirent. Quapropter si alterius
uita non es cupidus aut credulus, tum non est
quod

quod de sententia tua decedas, aut Euangelicas
conclaves frequentes. Si Deum respuis, nihil
necessum est ut nos audias, neque nobis docendus
es. Neq; enim ita uocares sumus aut impe- Cōciones cur-
riti, ut lubeat in hac tradenda doctrina inanem habeantur.
operam sumere, aut in hoc tantum, ut hanc ui-
tam, aut huius uitæ statum recte regamus, quod
ante iam à gentilibus accepimus, e/ q; Reipubli-
ce gubernandæ modus è ratione omnium opti-
me iam ante constitutus. Sed eò omnis noster co-
natus tendit, & in hoc elaboramus, quomodo
(posteaquam baptizati sumus) ex hac uita ad
aliam, nempe perennem, migrare queamus: ad
hanc tradendam quotidianis prædicationibus o-
pus est. Nam si resurrectio nulla est, omne studi-
um & conatus noster inutilis est & irritus.

Tertio dixit, Inanis est etiam fides vestra,
nec quicquam aliud, atque euana cogitatio.
Nam si resurrectio mortuorum non est, & ta-
men ego illi fidem habeo, quid hoc aliud est, atq;
sommum, ex quo nihil fructus sequitur? Esseq;
omnium Christianorum, qui unquam ab initio
fuere, fides uana, nosq; summe dementati &
illasi præstigijs, qui puerili somno semet deci-
piendos exhibuissent. Cuius gratia omnem per-
sequitionem, cruciatus, tormenta & pericu-

HOMILIAE D. MART. LVTH.

la pertulissent. Cumq; diu multumq; illi credi dissent, iamq; eius fiducia decedere cogitarent, primum turpiter fallerentur. Estq; uerissimum quod quidam dicunt, impostoram omnium esse longe maximam, si hic de resurrectione animalis uerus non esset. Sicut multis fabula & argumentum uidetur, quicquid de coelo & inferis dicitur, tantum in hoc inuenta, ut uulgo metus & religio incutiatur: nam alia ratione domini non potest.

At qui his omnibus nihil actum est. Vbi enim homines melius & rectius non erudiuntur, nisi tam futilebus opinionibus, tum perseverant in sententia, pororum ritu uiuentes & morientes, ac tantum credentes, quantum ille praefectus, ad quem morientem cum uenisset parochus, eiq; multa de resurrectione mortuorum proposuisset, quibus praefectum ad credendum inducere conabatur, respondit, in gratiam quidem uestri credam, uidebitis autem nihil ex ea re unquam fieri. In his cogitationibus adhuc multi uersantur homines. Ceterum Christiano esse uolenti, ita non est sentendum, nec in arenam ædificandum, sed solidius fundamentum querendū, ut de re sua certus sit, ne moueat aliorum opinionibus, aut dubio & risu, sed dicat potius, Si tu grauaris credere, tum sanc-

IN XV. CAP. I. CORIN. 55

Sanè tuo periculo fac experiaris, mecum quidem
statum depugnasti. Est tamem unus qui feroci-
am tuam facile coercedit, ille te non credente ta-
men credentes inueniet, interea loci uidebimus
ut alteri imposuerit.

Quarto inquit, Nos falsi testes reperiemur,
qui dicimus & docemus, Christum resurrexisse,
si mortui non resurgent. Et quemadmodum fides
falsa foret, ita nos falsæ rei testes essemus, qui ea
de quibus nihil cōpertū tenent, ceteris annuncia-
rent, et auditores deciperent. Iam uero Christi su-
mus Apostoli et fidi testes, quibus probare haud
opero sum est, nos à Deo uocatos & missos esse,
Veritatē docere, ac multi potenter conuictē
nostræ suffragantur sententie, cuius gratia nihil
non patiuntur, ex quo satis appetet rem seriam
nos agere, nec esse uagos errores aut circulato-
res, qui hominibus fucum facerent.

Quinto, Si resurrectio mortuorum, inquit, ni-
hil est, adhuc estis in peccatis uestris, et perierūt
qui in Christo obdormierunt, nec quicquam uo-
bis Christus prodest. Quid enim inde fructus ca-
peritis credentes, uos resurrectione Christi à pec-
catis liberatos & iustificatos esse, si talis resur-
rectio nulla esset, & si uobis quoq; à morte libera-
ti resurgendum non foret? Omnia frustra essent,

HOMILIAE D. MART. LVT.

quod uos omnes Christiani ab initio propterea
baptizati Euangelium audiuissetis, & ita ut
Christianos decet uixissetis, qui munificentia
& benignitate Domini sui peccatorum conda-
nationem haberent, neque tamen plus quam gen-
tes & impij consequerentur, & more pecudum
morerentur, que post mortem nullae sunt. Equis-
dem hoc turpe dictu foret, Christum nihil esse, et
nec mortuis nec uiuis prodesse.

Sextum & ultimum est, quo concludit. Si in
uita hac spem in Christo tantum fixam habenuis,
maxime miserabiles omnium hominum sumus.
Horum uerborum hic sensus est, Si hoc uerum
foret, nullam uitam post hanc sequuturam, tum
Christianus à toto Christianismo uelim desciscere. Nam ina-
cū impio col- spice Christianum, & confer eius uitam cum da-
litus. lijs qui non credunt, qui magna securitate fruen-
tes & uiuentes indulgent genio, possident &
ciunt quaecunq; animo collibuerit, quicq; exacta
estate mortui in momento tendunt ad inferos, ut
Hiob testatur, nihil mali aut acerbitas uia-
quam perpepsi, nunquam experientur quid ues-
re pati sit, aut contristari & corde angi. His in-
quam, nos Christiani comparati omnigenas &
rumnas, miseras, ploras, incommoditates &
infortunia ferre cogimus. Ad hanc contemptum,

IN XV. CAP. I. CORIN.

10

maledicta, ignominiam, inimicitias, dum omnibus sumus odio, qui nobis uitam diffident, quibus quotidie omnes acerbitates expectadæ sunt, quibus nos Diabolus et Mundus afficit. **Q**uis tam anens et stultus esse uelit, qui præoptaret Christianus fieri, si futura uita nulla esset? **Q**uis non potius diceret, alijs ita suauiter et uoluntate uiuentibus, horum ego studium imitabor, itidem facturus ut illi. **Q**uid ego tantum de me commerui, ut ad hunc modum me discruciatorem, tantumq; supplicij de me sumerem, aut tantum odij et inuidentiae mihi conflare? **V**e hic silentio præteream, quas occuleas cruces et perturbationes Christianus in animo perferat. **Q**uo terrore et metu mortis, peccatorum, et ire Dei angatur, que uerae sunt impugnations et prælia.

Externe enim passiones tantu puerilia sunt opera, et saltē prima elementa eruminarum et calamitatum, que Christiano tanquam tyronis fronde sunt, dum illos Mundus agit in exilium, patria et paternis bonis exterminatos exturbatosq;. Ceterum anxietates illæ animi pene trant, quibus in animo iram Dei ac damnationem paudi pertimescunt, quod Diabolorum dominifici et socij in abyso esse cogantur. His quo-

HOMILIAE D. MART. LVT.

tidie urgentur & discrutiantur, adeo ut sanguis
neas guttas præ doloris magnitudine exudare
possent. Tolerabilius esset anno integro carces
rarias tolerare molestias, quam unicum diem
eiusmodi infernalem anxietatem à Diabolo ob-
iectam perpeti, qua Christianos oppugnat, crea-
dentes licet & certos futuræ resurrectionis &
uite sempiternæ, que ipsis parata est, & con-
tra nihil hæsitantes de iudicio & perpetuo in-
cendio, quod manet impios. Idq; ea de causa
potissimum, quod cum illud non ignorent, alia
tè quieti non sunt, quam ex hac miseria crea-
pti fuerint.

Habent enim hic hasce binas vias proposi-
tas, ad hæc Diabolum & propriam conscienciam
protestantem quod iusti non sint, preterea
Scripturam idem affirmantem, quod omnes
peccatores simus & damnationi obnoxii. His ar-
mis Diabolus rei gerendæ probe gnarus, ita ho-
minem discruciat, ut etiam sudorem possit eli-
cere. In hac itaque arena Christiano contrahit
talem aduersarium certandum & dimicandum
est, inq; fide standum firmiter, ne uitius anxie-
tate & turbationibus succumbat, sed in ea fa-
ducia maneat, quod Deum habeat propitium, qui
ipsum cœli participem facturus sit. Huius rei
altes

IN XV. CAP. I. CORIN. 57

altera & copiosa illa turba nihil nouit, neque
Dei iudicium, neq; iram, neq; mortem, neq; Dia=
bolum pertimescentes, non aliud cogitant, ni=
si quod ipsis morientibus uacca moriatur. Inte=
rea securi sunt & uacui ab animo, leti & ala=
res, corporis curæ intenti, ne tantillum quidem
doloris animi experientes.

Quocirca Christianus maxime miserabilis
homo est, & multo omnium miserrimus, cuius
cor quotidie ardentiissimis prunis torretur, sem=
perq; p^ra terroribus & metu trepidat, quo =
tuncq; ipsi uel minima de iudicio Dei cogita=
tiuncula in mentem uenerit, semper sollicito,
quod Deum exasperauerit, et damnationem me=
ruerit, licet integræ uitæ sit, inq; fide bene ex=
ercitatus. Haec enim cogitationes ipsum missum
non faciunt, suntq; multo plures & uehemen=
tiores quam bone. Inde non pauci conspicun=
tur ita tristes & anxii, adeoq; cordis tentatio=
nibus afflitti & tribulati, ut nemini dolorem
queant eloqui, nihil hilaritatis uultu p^re se fe=
rentes, sed obambulant tædio huiusvitæ austera=
& tetrici.

Ideo Sanctus Paulus inquit, nos fore omni=
um amentissimos, in tantas miseras, anxietas=
tes, metum, tristitiam & dolorem nosmet p^ra=

Christianus
miserrimus
hominum.

HOMILIAE D. MART. LVT.

cipitantes, nec ullo momento pre morte & in seris tuti existentes, si extra hanc uitam nihil aliud haberemus. Quid enim in terris habere possemus, etiamsi totius mundi opes in unum cumulum congestas consequeremur, ut preterea Christi iniaceremus, et alibus crucibus nos omenareremus? Quis ferre possit, ita uitam in calamitate & miserijs traduxisse, nec aliud miseris quam hanc uitam propter tot incassum suos labores præmij loco abstulisse?

Mortis metus. Praeclare & sapienter gentiles dixerunt. Qui mortem metuit, quod uiuit perdit id ipsum. Recte sane dictum est, qui id quoque prestare posset. Illud enim quiuis apud se non obscure sentit, quod tali metu non plura agit, quam quod huius uite dulcedinem ipse sibi conturbat & marum facit, ita ut ipsi in utilis redditur, nec illa unquam cum uoluptate fruitur, Quod in illis animi duertimus, qui summo mœrore & tristitia anguntur, hi nullum gaudium, nullam leticiam sentiunt, quanquam preciosissima purpura exornantur, & cibis exquisitiissimis & postu noctareo expleantur, ac dulcissima musica & symphoniscis peritisimis demulcentur. Nihil enim uitae sentiunt, sed in medijs mortis cogitationibus uersantur, atque adeo in ipsa morte sunt

IN XV. CAP. I. CORIN. 58

sunt positi. Ideo gentiles hoc adferebant consilij & remedij, omnem eiusmodi metum ex animo excludendum esse, nec mortis reminiscendum, sed cogitandum potius, Quorsum uero sumus, simus mortui, sicut dixerunt (ueluti Paulus infra indicabit) Edamus & bibamus, cras forte moriemur &c. Sic illi agendum putabant, quare semel iram Dei, inferos & damnationem perpetuan in totum excludebant, nihil penitentia.

Verum enim uero Christiani huius artis igna Christiani mercantur, nec facile talis metus e corde ejicitur, tu percellunt quod fidem libenter amplectitur, sed fit subintenditur. de magis atque magis uebementior, quo fortius fides contra dimicauerit, & semet corroboratur restudet. Nullo itaque momento uitæ certus est, cui semper ob oculos uersatur diuini iudicij securitas, & infernalis specus uorago. Taliu[m] animi hoc sermone leuandi & consolandi sunt, ut quanquam ista sentiant, & maximo labore afficiantur, sic assiduo ingratiam trahere uitam, quo tamen animo suffrant, scientes aliter fieri non posse, cum Christiani sint, alioqui enim ad hunc modum minime discutiarentur.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Est tamen ipsis contra pugnandum, & illud firma fide retinendum, Christum a mortuis resurrexisse, qui & ipse in talibus angustijs & tribulationibus mortis & inferorum uersatus est, sed resurrectione sua omnia superauit. Quocumque, quanquam homo peccator sim, hec tamecum mea est consolatio & uictoria, quod Christus Dominus meus uiuit, quodque resurrexerit & me e peccatis et damnationibus eripuerit.

Tali fide Christianiis sua tormenta & passiones subleuanda sunt, & calamitatum onera mitiganda, alioqui impossibile foret conturbatum & territum cor consolatione erigere, ac mordaces cogitationes animo expellere. Illud autem unice recreat animum, quod Christus te statur se Deum & saluatorem esse misericordiam, non securorum, & musicie uiuentium, sed quibus Diabolus & inferi timori sunt, illi Baptismum & Euangeliū amplectantur, & ita concludant, Quandoquidem sentio inferos & iudicium Dei mihi esse formidini, signum id certum esse statuo, quo palam fit, & me esse Christianum & fidei esse participem. Qui enim inferos exhorrescit, ille certo credit cœlum esse & inferos: & contraria, quem hec non terrent ullo timore, ille credit hec esse fabulas. Ideo me in tanto

IN XV. CAP. I. CORIN. 59

in tanta trepidatione & angustijs uersantem
bis ipsis consolari debeo, ac fide erigere, &
ita Diabolo & cordi meo respondere, Terre=
facis tu quidem me peccatis & inferorum hor=
rendis supplicijs, Christus autem cœlitus mihi
promisit iusticiam, uitam & salutem. Hic ma=
ioris apud me ponderis est, quam omnes sen=
sus & cogitationes meæ. ita semper dimican=
dum & certandum est, quo hunc articulum ap=
prehendamus & seruemus, sicut summe neces=
sarium erit, cum in hac uita, tum mortis tempo=
re potissimum.

Ex his omnibus uides uerissimum esse quod
Paulus dixit: Si tantum in hac uita spem in Chri=
sto fixam habemus, tum maxime miserabiles
omnium hominum sumus, Ad hæc omnium quoq;
stultiissimi, qui genium nostrum defraudan=
tes, omnium rerum usum & uitæ tranquil=
litatem, neque non uoluptates & delicias, in
summa, omnes creaturas perosi & reijcentes,
omnibus periculis nosmet nequicquam expo=
nimus, & grauiissimis angustijs inferorum di=
scutiamur. In mundo quidem summo contem=
ptu laboramus extreme ærumnoſi, coram Deo
autem perpetuo timore nobis trepidandum est,
cui angustiæ nulla plaga, nulla calamitas, nul=

HOMILIAE D. MART. LVT.

lus cruciatus, quamlibet acerbis aut ingens,
comparandus est. In has uero acerbitates ultrò
nos coniceremus, & in illis maneremus? Cur
non potius exemplum multitudinis sequeremur,
tam ita dicentis, Multa tu quidem de Euange-
lio & fide uerba facis, at ego optarim mibi nu-
morum copiam &c. Sed uale longum mi frater
cum tuis sodalibus, & indulge genio, usq;
dum licuerit. Cum enim Christianus non sis,
nec quicquam credas de Deo aut Diabolo, facis
le securam & uoluptariam uitam transfigis, nec
quisquam te impugnat. At si & ipse Christianis
adnumerari gesis, & serio ad futuram uitam
uiam affectas, tum demum senties, quibus nam
machinis Diabolus te & omnes Christianos in-
cessanter oppugnabit, cum omnibus creaturis,
quarum opera ad hoc uti nouit, ut incusso pa-
uore itate conturbet & iugulet, ut neq; noctu-
neq; interdiu interquiescere liceat, ac tum ipse
propria experientia edoctus fateri cogeris, mul-
tam miseriorem & ærumnosioram uitam in ter-
ris esse, quam Christiani hominis.

Etenim propter Christum tota hec oritur
Cur Christiana tragœdia, cui Diabolus infensus est, atque a=
nis tantope = dco ipsius Verbum & Euangeliū unā cum to=
to Christo

IN XV. CAP. I. CORIN. 60

to Christianismo plus quam nouercali odio pro- re infensus
sequitur. Itaque Christus in hoc seculo si audi Diabolus.
damno nobis est, nec cogitare licet, nos hic
in terris gaudium aut tranquillitatem habituros.
Ceterum impiorum turbæ omnium rerum afflu-
entiam cum summa tranquillitate & prospero
statu offert, quanquam postremum illis id dat
præmij, quod carnifex seruo suo dare consuevit.
Interea uero loci nobis omnes acerbitates tol-
erande sunt, dum quotidie cæsum ac punctim nos
petit & confudit, ut uerum esse uideatur, Quo
probiores, hoc morti uicinores. Ut enim pro-
bus homo diuturna uita fruatur, non humana,
sed plane diuina uirtute opus est, tanta immani-
tate & rabie furit Diabolus, ut nisi uniuersos
Christianos occidione occidat, ac simul uelut o-
ues mactet, quietem agere non
potest.

Nunc autem Christus surre-
xit ex mortuis, primitiæ eorum
qui dormierant fuit. Postquam e-
num per hominem mors, etiam per
hominem resurrectio mor-
tuorum.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Christianorū
consolatio.

Conclusionem supra positis rationibus infert, non ita rem se habere, sicut rationis ductus cogitamus, Christianorum fidem & doctrinam nihil esse, nec nos esse aliud, quam omnium mortalium miserrimos. Indicat autem his uerbis efficacissimam consolationem, quam apprehendebemus talibus sensibus & cognitionibus impugnati. Nam sicut dixi, Christianis sublimiori & præstantiori consolatione, quam auro & argento, opus est. Hominem auarum pecunia, egrotum medicinis, mendicum aut famelicum frustis panis consolari potest, Christianum nihil tale iuuat. Cum enim credat & cognoscat Deum caelos pariter & inferos creasse, obstupescit, & iram Dei pertimescit, siq; per omnia pauidus & conturbatus homo. Itaque sic consternatus, perculso & abiecto animo, nihil gallit aut consolationis habet, nisi in futuram uitam, hoc audito articulo, quod Christus à mortuis resurrexerit, ut & ipsum excitet è fontibus mortis & omnibus angustijs liberatum & exceptum.

Videmus quoq; quanta gravitate Paulus hunc articulum tractauerit, quippe propria experientia edocitus, ut iudicaret hunc articulum inde retinendum esse, nec sectandam rationem & sensus

IN XV. CAP. I. CORIN. 51

sensus quicquid tandem dictarent. Extra hunc e=
cum nihil est apud Christianos nisi ploratus & e=
ploratus, et subinde aliud atq; aliud incommodum.
Ideo aliae re nobis opus est, qua delectum & con=
ficiatum animum erigamus & refocillemus, ut
alio torqueat oculos, nec huc calamitosum nosire
vita statum intueatur. Hoc saltem fit praesenti
predicatione. Ad hoc enim baptisamur & uoca=
mur, & Euangeliū audimus, non qua uia ad ma=
gias diuitias perueniamus, aut quo pacto ampli=
simos honoris gradus consequamur, quæ iuri=
consultorum partes sunt docere, nec quomodo ea=
dendum & bibendum, quod parentum est offici=
um, sed neq; quomodo Respub. gubernadæ sint,
quod Principum interest, sed ut animum nostrum
ad aliam uitam instituamus, quæ nondum præsto
est, certo certius tamen uentura.

Quocirca Paulus iam sic inquit, sic nos esse
omnium in terris calamitosissimos, sine nos terre
ri & conturbari morte, peccatis, infiris, & omni
bus illis quæ pauore & consternatione nos pos=
sunt afficere. Interim tamē certus sum Christum
resurrexisse, nō quidē ē somno (inquit) sed à mor=
te. Neq; enim minus q; alij mortuus es & huma=
nus, uerū rediuiuus iterum ē sepulchro in lucē eu=
mersit, morte & Diabolo superatis, à quibus ad

HOMILIAE D. MART. LVT.

tempus absensus deliteſcebat, iamq; in cœlum
ascendit, ubi iam in gloria patris et uita coeleſta ſe-
det. Hæc noſtra eſt fiducia & conſolatio. In illius
enim nomine baptisati ſumus, ipſius Verbum au-
dientes & conſitentes, Ab illius nomine Christus
norum appellationem ſumpſimus, propter ipſum
nihil non incommodi patimur à Diabolo. Neque
enim noſtra ſed Christi res agitur et regni ipſius,
cui inuidet Diabolus, diu noctuq; meditans, quo-
modo illud uafat, uexet & laceret, & nos ita ſiſ-
ſos faciat, ut Christum ē manibus labi patiamur.

At nos magno & erecto animo uicissim illi re-
pugnabimus dictari, Non ita pefune Diabole tā-
tum acerbitatis nobis unquam obiectabis, ut hiſ
motus Christū propterea ſim abiecturus, & bap-
tismum abnegaturus. Nouisti tu ferocire morte,
igne, aqua, peste & tartarea tua uoragine, Nos
uicissim Christi noſtri fiducia, qui te uicit & pro-
ſtrauit, nouimus te contemnere. Ille denuō te ingu-
lare potest, & in tartarum præcipitare, quod &
facturus eſt, et nos uiuos ē tuis rictibus erupturus.
Ideo deuorato ſane nos quando poteris, aut mor-
ti nos perimendos obijcito, breui tamen experi-
ere quid egeris, ubi nos ſummo tuo cū dolore diſ-
ruptis mortis uinculis ſumma in gloria uidebis
refurgere. Siquidē et ante unum peremisti et ter-
ra confit

IN XV. CAP. I. CORIN.

62

recondidisti, qui te fuit fortior, quem maximo cū dedecore reddere cogebare, quanquam contumeliosissime in cruce pendentem impetebas, Alios saluos fecit, se ipsum nunc saluum faciat &c. Iam vero uicissim ille tecum ferocit, esq; tibi in mortem factus & damnationem, qui breui te per nos summo illo die per præceps dabit in exitum.

Dixerit fortasse hoc loco alius, Sanè uero Christus facile cōtemnit Diabolum, qui quidem supra sedet, iam tutus ab omni uiolentia. Quid autem hoc mihi prodest? aut quo pacto me quoq; in portum & receptum pacis & salutis recipiam? Ego enim hic relinquor in mēdijs periculis, ac potesta te diaboli et mortis. Ad hoc Paulus uno uerbo sci ter respōdet, quo inq; Christus surrexit primitiæ eorum qui dormiunt. Hoc enim uerbo Primitiæ, satis declarat, Christum non solum surrexisse, sed plures esse sequuturos & ducem imitatuos, Hunc enim uirum non sic intueri oportet, quasi pro se à mortuis resurrexerit, sic enim modicum consolationis in Christo haberemus, si eius operatiū non paterent & nobis bono non fiscerent, tanquam homo nunquam factus esset. Neque enim pro se opus habuit mori, cū sine peccatis natus esset, nec quicquam iuris in ipsum Diabolus obtineret. Adhac Diaboli & mortis domi-

Christus pri-
mitiæ resur-
gentium,

HOMILIAE D. MART. LVTH.

nus erat, quē adoriri non audebat, sed quem Christus unico uerbo non secus atque iudeos in horto prosternere potuisset. Sed ita Christus intuendus est, ut ipsius mors & resurrecio in nostram gratiam & bonum facta esse intelligatur. Itaque quem admodum nostri saluandi gratia mortuus aequaliter se pultus est, perinde ut nobis quoque moriendum est, & terra subienda, ita quoque propter nos resurrexit, hac mutatione inducta, ut quemadmodum propter nos in morte pertractus est, ita nos per cum ē morte in uitam perueniamus. Sua enim morte nostram mortem absorpsit, ita ut omnibus nobis resurgendum sit & uiuendum, sicut ipse resurrexit & uiuit. Ideo recte dicitur Primitus,

Primitus. se dicit. Vbicunque enim primus nominatur, ad hunc adhuc plures annumerādi sunt, nec satis est unus, sed alij quoque sequuntur intelliguntur, numerum secundus, tertius, quartus, et sic deinceps quot illorum sunt qui obdormierūt, alioqui enim primus dici non possit, si solus surrexisset, & eius exemplum nemo sequenturus esset.

Illud autem hoc loco notandum uenit, quod eos quibus post Christum resurgendū est, non uocet mortuos, sed Christum primitias dormientū uocat, tametsi de Christo dicat, quod resurrexerit non

IN XV. CAP. L CORIN. 68

non a somno, sed à morte. Nam quæ ante Christū
ueræ eternam mors fuit, ea nunc, posteaq; Chri-
stus defunctus est, et resurrexit, nō amplius mors
est, sed somnus. Itaq; Christiani qui humati sunt,
non mortui sed Dormitores nō absurde dici pos-
sunt, quippe qui certo resurrecti sunt. Illi enim
dormire dicuntur, qui iacent ut iterum à somno
excusi surgant, non illi qui sic iacent, ut de quibus
nulla spes sit unquam resurgendi, qui non dormi-
tores, sed mortua cadavera dicuntur. Itaque hoc
ipso verbo dormiendo futura mortuorum resur-
rectio in scriptura significata est.

Et quod maius est, per hoc quod Christum uo-
cat primitias dormientium, indicat resurrectio-
nem ita animo intuendam & comprehendendam
esse, tanquam coepisset iam à Christo initium, uel
potius quod iam ex dimidio completa esset, ita ut
quod adhuc de morte supest, nihil nisi profundus
somnus estimandum sit. Et future resurrectionis cor-
poris ratio non alia erit, quam si quis subito ē
somnii excutiatitur. Prima enim & potior illius
pars iam transacta est, nimurum quod Christus
caput nostrum surrexit. Sedente autem supra ca-
pite & uiuente, de ceteris membris laborandum
non est ipsi adhæsuris & sequuturis. Quocunq;
enim caput iuerit & manserit, eō corpori quæ

Mors est som-
nus per Chri-
stum.

Dormire.

Resurrectio
dimidio com-
pleta.

HOMILIAE D. MAR. LVT.

que cum omnibus membris eundū & manendum est. Quemadmodum in hominis & omnium animalium nativitate caput naturaliter primo eminat, quo nato totum corpus sequitur. Cum itaque Christus deuicta morte resurrexerit, iamq; in celo recubans peccato, morti, Diabolo dominetur, & omnia gubernet & regit, & omnia hec obnostram salutem fecerit, quo nos quoque deminutus penitus ad se producat, nulla causa restat, quam obrem pro resurrectione & uita nostra sollicitemur aut laboremus, tametsi mortuis & sepultis sit contabescendum. Neq; enim mors nostra aliud dicitur amplius, quam somnus quidam, de quo experrecti surginimus. Est autem coram Christo tantum unica nocte opus, ut nos è somno excitet.

Hec sciens & credens, iam cor & conscientia mea, atq; ipsa etiam anima per mortem & sepulchrum penetrarunt, & apud Christum in celo uiuunt, & illius consideratione semet oblectantur. Atq; ita duas partes resurrectionis, & plus q; dimidiū astulimus. Nam cùm animū et corporis uiuificet et renouet, facile ipsum quoq; corpus oculis uideamus, & cùn eo uiuamus. Siquidens hoc ipsius uerbum & opus est, quibus freti baptisati sumus, insuper uiuimus & morimur. Itaque

persuasiſſimum & compertiſſimum habeo, nos il-
li fidem habentes, nequaquam deceptum iri, ſicut
recipſe deceptus eſt, quo cunq; tandem mortis
genere abſumpti ſepeliantur. Diabolus enim mor-
tis magiſter & carnifex enīcē dabit operam, ut
nos interficiat, & officium ſuum obeat, ita ut ne-
ceſſe non ſit nobis iſpis mortem eligere. Quia
cunq; tamen carnificina nos conſecerit, nobis
obeſſe non potest. Amaram potiūculam ſive ha-
biam nobis forbendum propinabit, ſicut ijs con-
ſuimus, quos ita ſopire cogitamus, ne quid am-
plus ſentiant. Attamen iterum expurgiſcemur,
& emergerem uolumus illo die, cum extrema tuba
daſſicum cecinerit. Qui in re nobis minime ea-
rit aut eſſe potest obſtaculo. Qui in doquidem iam
per Christum plus quam ex diuidio mortem ſu-
perauimus, ita ut corpus perpetuis tenebris obrui-
tum retinere queat minime.

Ecce ad hunc modum theſaurus noster nobis
inſpiciendus eſt, ut uertamus oculos à temporali
ſtatu, qui propalam cernitur et patet, nec permit-
tam morti & alijs calamitatibus nos ita perter-
rendos. Sed neque curae nobis ſit, quid Mundus
habeat aut poſſit, ſed hiſ potius opponamus ea,
que nobis in Christo parata & reponita ſunt.
Nam ſalutis noſtræ prora & puppis (quod

HOMILIAE D. MART. LVT.

aiunt) in hoc sita est, q. ipse resurrexerit, quodq;
Mundo Chri cū eo uite iam simus facti participes, nec amplius
stus opponē potestati mortis subiecti. Quocirca sine sane mū-
dus. dum, eiusque liguritores, gule mancipia, neque
non istos Midas & Croesos insanire & ferri pro
animi sui libidine cum impurissimis illis delitijs
& male parta pecunia, neque non Diabolum fu-
rere, & suis uenenatis telis conscientiam con-
turbare, & omnibus malis nos persequi, Interim
nostra unica consolatio est & iactantia, quod ip-
se Christus sit nostrae Primitiae, qui resurrectione
nem exorsus est, perq; regnum Diaboli & mortis
penetrauit, nec ultra moritur aut dormit, sed in
cælis perpetuo dominatur et regnat, ut nos quo-
que ex isto carcere & uinculis mortis eripiat. A
pud hunc, quē pro nostris primitijs agnoscimus,
opes & diuitie nostrae debent esse recondite, ad
quem mundus & Diabolus aspirare non possunt.

Cur ergo submissis et effœminatis metuens
cōtremisceremus, ad oriente nos Diabolo, & ome-
nia nobis eripere conante? Qui quanquam uxos
rem & liberos iugulauerit, & cor nostrum omni-
modis anxietatibus et angustijs discurcianuerit,
ac demum nobis quoque uitam eripuerit, tamen
his omnibus nihil adhuc præclarificavit. Corpus
& uitam nobis hic in suo diuersorio agentibus

Diabolus
Christiano
non metuen-
dus.

IN XV. CAP. I. CORIN. 85

referre potest, ubi quotidie instar carnificis &
mactatoris in pleno ouili mactat tantum & iugu-
lat. Est itaque nobis apud tales hospitem sump-
tus facientibus quoq; numerandum, nec alias da-
pes nobis apponit uescientibus & accumbentibus
nisi pestilētiā, & omnia reliqua morborum ge-
nera: potus eius non aliis est quām cicuta, aconi-
tium, & uenenum præsentissimum. Ideo hoc tan-
tum nobis expectandum est, ut his omnibus satu-
ratis nos demum macter & decoriet.

His tamen omnibus ex sua sententia confectis, Christianorū
nihil nobis eripuit: neq; enim iste noster est thesau-
rus, quem nos Christiani habemus, nimirum hæc
caducuita, quam mundus in terris seculatur. No-
ster thesaurus in tuto repositus est, nempe in Pri-
mitijs dormientium, qui iam in cælis residet, &
ex hac spelunca latronum abiit, sumpta secum ui-
ta nostra. Hoc est quod sublatis cornibus elatos
spiritus gerimus, ac Diabolo laqueū (quod aiunt)
mandamus, dicentes, Quandoquidem usq; adeo ti-
bi voluptati est nos Christianos deuorare, & de-
litij temet explere, perime sane & macta pro ut-
tibi uisum est, & nos assatos & tostos in uoragi-
nem tuam reconde. Sed ne tibi coenanti falsamen-
ta & sinapi desint, à posterioribus incipe. Sed qd
tandem nobis ita deuoratis memorāde rei scistū

HOMILIAE D. MART. LVT.

Hoc enim pacto tuam insatiabilem ingluiciem nō dum exatiabis. Siquidem non inuenies, quod quae rebas & concupiscebas, que nostra optima & maxima pars est, imò potius totius uite nostra thesaurus preciosissimus, nimirum hic de resurrectione articulus in Christo positus. Hoc ipso è factis cibus iam tibi erecti sumus, & satis in tuto locati. Hic enim thesaurus in nobis non est reconditus, ita enim dudum abstulisses, sed in Christo, ubi tuis furtiuis manibus nō est obuius & expositus. Quid itaq; nobis adfert incommodi, tametsi nos corporaliter perimas: cum nihil aliud facias, nisi quod misero corpusculo opē ferre properas, quo maturius ex hoc exilio liberetur, eoq; quo debet ueniat, ubi caput, cor, & omnia sunt reliqua, summa tranquillitate & fœlicitate fruentia, id quod nos quotidie ardentissimis uotis expectamus & concupiscimus. Ibi tum uidebis & senties, quid de uoraueris, nec quisquam extracte plus acerbitas sentiet: nam pestes illæ & uenena, quibus nos paucisti, tibi deuoranda & sorbenda erunt. Hactibi uarijs tormentinibus uentrem dilacerabunt, et tu furoris finem facient. Ita nobis contra inimici nostrorum terrores dimicandum est, nihil aliud perinde scientis, q; nos ad summas angustias redigere, quo hunc de resurrectione articulū ex oculis nobis eripiat.

IN XV. CAP. I. CORIN. 66

biat, ne memores essemus, cuius simus, qd thesau-
ri habeamus, & quo nomine uocemur. Ita iā Paul
ius validissimis rationibus planū fecit, Christi re-
surrectionē causam esse, cur etiā nobis resurgēdū
sit. Hac iam latius cōpuratione declarat, et inquit,

Postquam enim per unum homi-
nem mors, etiam per unum homi-
nem resurrectio mortuorum.

Hoc est, Quemadmodum Adam principium
fuit & primitie, cuius culpa omnibus nobis mo-
riendum est, sicut ipse mortuus est: ita Christus
primitie est, cuius beneficio omnes ad nouam ui-
ta resurgent, sicut ipse primitus surrexit. Hi
enūm duæ illæ personæ sunt & imagines, quas scri-
ptura inter se comparat, & Deus ita ordinavit,
ut sicut per unum mors super omnes homines ue-
nit, ita per unum resurrectio à mortuis in omnes
propagaretur. Ideo Adam est imago Christi (sicut
ad Rom. cap. 5. inquit, quo loco utrosq; latius dea-
clarat,) ita tamen, ut hæc imago multo sit melior
& prestantior, meliora quoq; efficiat, in modo potius
contraria his quorum Adam autor fuit. Hic enim
mortem super omnes homines inuexit, in qua cū
sibi tum nobis manēdum fuit, nec quisquam hanc
euitare potest. Ut autem nobis ferretur suppetet,
& nostræ damnationi consulcretur, Deo nouus

Adam.

Christus.

HOMILIAE D. MART. LVT.

homo mittendus fuit, qui à morte ad portum via
te iterum nos reduceret.

Adæ et Chri
sti collatio.

Iam uero Paulus has duas imagines inter se
confert, ita uolēs dicere, Per unum hominem cui
nomē Adamo est, tantum effectum esse, ut omni
bus hominibus moriendum sit, qui tamen in cul
pa non sumus, nec aliā ob causam ullam, nisi quod
ab illo prognatis simus, in mortem & peccatiū ue
num (quanquam post lapsū, ac nobis natis nō
iam peregrinum peccatum est, sed nostrum fit.)
Hec equidem res est perquām miseranda, & hor
rendum Dei iudiciū, quod multo magis effet hor
rendum, si omnibus nobis in morte perpetuo mī
nendum foret. Iam uero Deus huic alterum homi
nem opposuit, qui Christus dicitur, ut quemadmo
dum propter istum sine culpa nostra morimur, i.
ta contra propter Christum sine meritis nostris
uiuamus. Et quemadmodū in Adamo nobis frātē
di est, quod ipsius de sanguine nati sumus, ita no
bis propter Christum bono est & cōmodo, quod
ipse nostrum caput est, & mera gratia ac donum
diuinitus nobis concessum. Itaq; nihil est quod de
operibus & meritis nostris gloriemur, sicut non
strī Monachi docent. Quid enim nos, qui in pec
atis nati sumus, & morti obnoxij, inde, quod car
nem & sanguinem de Adamo sumperimus, no
sis

IN XV. CAP. I. CORIN. 67

sbris cucullis aut alijs operibus cōsequi uellemus,
 ut nos ē peccatis & morte affereremus: ut ē cīne
 re & pulueribus iterum uiui prodiremus surge= remuīq; Sole & omnibus creaturis nitidiores
 Tantum certe humānæ uires non possunt, non om̄niūm creaturarum, & ne angelorum quidem
 in celo, sed solius Dei. Oportet alium esse uirum,
 qui suis meritis hoc nobis parārit, qui Christus fi
 lius Dei dicitur, mortis, peccatorum, Diaboli &
 omnium rerū Dominus, sicut de eo Paulus mox
 infra dicturus est. Ille, inquam, est, qui hunc articu
 lum nobis consequitus est, & primus in se ipso in
 cepit & uerum fecit, & nobis donauit, ut nos ex
 tam per ipsum eius uim consequamur, non aliam
 ob causā, q̄ ip̄ si simus insiti, et ad hunc articulū
 vocati et plantati, ut resurgamus et uiuamus, per
 illā virtutē et merita, qbus ipse surrexit et uiuit.
 Cūm itaq; in manu nostra nō sit, ut aut moria
 mur, aut ad uitam immortalem ueniamus, tanto
 firmiorem spem & consolationem habemus, nos
 tam certo uitā per Christum habituros, sicut iam
 peccatum & mortem ab Adamo consecuti senti-
 mus. Nam si in potestate nostra foret posita facul In Christo, et
 eas nosmet nostris operibus ē peccato & morte non in meri= eximendi, & uitam consequēdi, nunquam quieti tis nostris
 esse possemus, sed aſſiduis operibus nos diſcrucia certa uita.

HOMILIAE D. MART. LVT.

remus. Tandem ubi diu multumq; grauiissimis opes
ribus defessi, totius mundi sanctitatem cumulasse
mus, neq; tamē securi aut certi essemus, nos satis
fecisse, tātumq; operū fecisse, ut his Deus conten-
tus sit. Ideo Deus hoc gratiae nobis exhibuit, et in
hominem reiecit, q; iam antē & sine nostra opera
omnia impetravit et effecit. In illo itaq; uite et re
surrectionis nostrae certitudo est sita. Nec prodest,
quicquid tandem gratiae & resurrectionis conser-
quendae causa fecerimus, quanquam bona opera
operati fuerimus, sicut nobis operāda sunt. Sicut
sine nostra culpa peccatores & morti obnoxii
facti sumus. Neq; n. quicquā opis aut cōsiliū ad id
dedimus, quod Adam gustato pomo lapsus fit, quā
quam ipsi quoq; postea delinquamus. Itaq; omnia
ea quæ peccatum & iusticiam, mortem & uitam
pertingunt, tantum in his duobus hominibus ha-
rent, sicut in sequentibus copiosius explicatū est.

Quemadmodū enim per Adam
omnes moriuntur, ita & per Chri-
stum omnes uiuificabuntur.

Diuī Paulus tantum de his adhuc uerba fa-
cti, qui Christiani sunt, quos hoc articulo docet &
resurrectio. consolatur. Nam tametsi impios quoq; resurgere
oporteat, tamen nihil inde gaudij aut consolatio-
nis

IN XV. CAP. I. CORIN. 68

nis percipient, quippe qui non ad uitæ participa-
tionem, sed ad iudicij severitatem resurrecturi
sunt. Quocirca huius articuli prædicatio munda
& impijs hominibus, neq; consolatione iucunda,
neq; auditu grata est. Quod ipse meo ipsius exē-
plo sum expertus: cum sanctus monachus esse flu-
debā, tum multo libentius de Diabolo audissem,
quam summi dici mentionem fieri, & mihi totia-
es horrebant pili, quoties de illo aliquid inaudire
contingeret. Nam præterquam quod omnes ho-
mines ita animati sunt, quod scilicet a quo animo
deserta hac uita non moriuntur, expauescuntq;
protinus ad sermonem de morte aut futura uita
incedunt, sumus insuper in sentina & colluie
propriæ sanctitatis demersi, ac existimauimus, q;
deberemus nostris operibus iudicij diuini severi-
tatem mitigare, & cœlum mereri: his omnibus ta-
men nibil plus actum est, quam quod deteriores
ficti simus, et huic diei infensores. Magnam illam
& promiscuam turbam silentio præteribo, quæ
tantum in hoc seculo suam consolationem que-
ritat & gaudia, Verbi diuini cōtemptrix, et quæ
neobolo quidē Deum & regnum eius emeret.
Tales itaq; si ita excæcati sunt, ut salutifera re-
surrectionis mentionem inuiti audiant, mirabile
non est. Nobis autem hæc prædicatio est solatio

HOMILIAE D. MART. LVT.

¶ gaudio, cùm audiamus quòd præstantissimum
thesaurum nostrum iam in cælo habeamus, nec re-
stat nisi minima particula, ut nimur per illam
excitati resurgamus & sequamur, tam facile,
quàm homo è somno expurgiscitur, omni dolore
remoto, compressisq; mundo & Diabolo, ne no-
bis amplius nocere queant. Vertentur autem om-
nia in contrarium, ut, qui nos iam excarnificant
& uexant, tunc perpetuis cruciatibus torqueantur,
nos autē perpetuo gaudeamus. Christo enon-
cedem recipiant, quam respuendo Christo & no-
bis torquendis sua Diabolica & pœnitere nescia
malicia lucrati sunt.

Cōcio de ori-
gine mortis
& uite mun-
do ridicula.

Est autem hæc Pauli concio, unde mortis &
uitæ origo deriuata sit, perquām ridicula, nec ui-
detur apud huius mundi sapientes ingenti men-
datio dissimilis, Totum scilicet humanum genus
ob unius hominis piaculum & delictum mortis
etiam esse obnoxium. Videtur enim rationi ini-
quum & absurdum, Deum sic iniquam tulisse sen-
tentiā, Adamū unius pomi degustatione omnes
suos nepotes et posteros traxisse in exitū. Sed qd
adhoc faceremus? Quòd morte absumamur, quo
tidianis experimentis uidemus: quòd autem ex
leti

IN XV. CAP. I. CORIN. 69

leui peccato oriatur, ortaq; sit, plane mirabile est,
nec parum iniquum, si uerbis res dilatanda foret,
argumētis uberioribus explicanda. Nondum
enim aut cādem fecit, aut adulterium commisit,
sed neque furatus, neque latrocinatus est, nec fuit
in Deum blasphemus, sed nec quicquam illud fla-
gitorum designauit, qualibus multis iam infandis
nefarījs flagitijs mundus scatet. Tantum de po-
mo unum atq; alterum morsum degustauit, per-
sus per mulierem à Diabolo deceptam. Tanti
ne erat (humana ratio diceret) pomum illud, cu-
ius violati gratia uniuerso mundo moriendum
fuit, tot præscriptim uiris sapientia claris, atque
ipsi etiam filio Dei cum omnibus Prophetis &
sanctis patribus? Atqui tolerabilius esset, si sal-
tem mors foret, sicut sapientes mundi dicunt,
qui se ob subeundam aliquando mortem confo-
lantur, quod omnium malorum finis sit. Sin me-
lius aliquid attulerit, ut sperare uidebantur, illud
quod arripiunt (quanquam nihil certi de illa sta-
uerint, quippe quibus de resurrectione ne uer-
bion quidem exploratum fuerit). Quod autem
omnes ob noxam alterius æternum supplicium
& damnationem commeruerimus, inq; tartaro-
panus persoluere nos oporteat, idq; ob unam
hanc culpam, illud multo minus hominis cor &

MOMILIAE D. MART. LVT.

ratio approbare potest. Videtur enim iudicium
nimis iniquum fuisse, & à diuina maiestate nimis
quam immisericorditer actum, quæ summa est sa-
pientia & bonitas.

Iam uero, sicut dictum est, omnes fateri cogi-
mur, quantumuis ridiculum uideatur, nobis mo-
Mors pecca- riendum esse. Quod autem mors ab Adamo in
ti supplicium nos deriuata sit, illud ut credamus hic nobis discé-
dum est. Etenim hoc nullius hominis sapientia ex-
cogitauit, mortem peccati esse supplicium, sed o-
mnes sic potius cogitauimus & opinati sumus, na-
turalem esse casum aut contingentiam, quemad-
modum canis, aut sus, aut aliud aliquod animal
moritur. Aut sicut sol quotidie oritur & occidit,
ut gramen uirescit & arescit, sicut omnes res na-
turali quodam ductu caducæ sunt & transitoriae,
quæ sicut fortuito prouenire, ita rursum dilapsa
concidunt. Nos autem scriptura magistra disci-
mus, mortem nostram nulla naturali ratione pro-
uenire, sed fructum & autoramentum peccati es-
se parentis nostri Adam, qui tanti sceleris & cri-
minis læsa diuina maiestatis reus factus est, ut se
ipse et omnes inde procreatos eternæ morti sub-
Vnius benefi iecerit, quam nemo in terris potest cuadere.
cio omnes re Cōtra, illud mundo adhuc uidetur absurdius
furgemus. & falsius, inò longe incredibilius, quod hic Paulus

IN XV. CAP. I. CORIN. 70

lus dicit, Omnes homines unius hominis benefi-
cio resurrecturos esse. Atq; ita in uno homine ui-
te necisq; potestatem sitam esse, nec quicquam u-
niuersum mūdum ad hoc facere aut præstare pos-
se, nihil ullius hominis uires ualere, nullus sancti
uitam, uirtutes, bona opera satis esse cauſæ, quam
obrem à morte resurgat. Estq; prorsus extra cu-
iusvis potentiam & meritum uis resurrectionis
p̄sita, & uni homini, hominibus incognito & cō-
tempto, adhæc turpisſime et miserrime mortuo,
accepta ferenda. Huic honos habendus, hic omni-
bus colendus & amandus est, qui resurrectionis
noſtræ autor extitit, per hunc nos quoq; resurge-
mus. Ad hanc consequendam nullus monachus,
nullus Carmelita, imo ne Propheta quidem ullus.
Apostolus aut martyr, quicquam facere aut pro-
mereri potuit cum omnibus suis regulis & uiuē-
di ordinibus. Res equidem absurdā est, & rationi
minime consentanea, si excogitandam & perpen-
dendam nobis proposuerimus, quæ & me cogitā-
tem non raro uarie torsit, estq; articulus qui non
facile cordi imprimitur, uidendo hominem effr-
en mortuum & humari, ut non aliter cogitem &
sentiam animo, quām unā nos resurrecturos. Vn
de uero aut qua uirtute? Non equidem mea aut
ullis meritis, sed unius huius uiri, nempe Christi

HOMILIAE D. MART. LVT.

beneficio, idq; ita certo futurum est, ut certius nō
sit me sepultum iri, cuius tamen rei omnium sum
certissimus. Ideo ista solis Christianis prædicatur,
estq; articulus fidei, qui mundo scurrilis impostu-
ra uidetur, ita estimanti uerum esse nō posse, De-
um ita stulte agere & iudicare, ut ob unius noxā
uniuersum mundum indiscriminatim condemnā-
ret, aut contrā, ob unius gratiam omnes eosq; im-
merentes saluos faceret.

Nam mundi iudicio ita agendum erat, ut quis-
que pro sua culpa aut meritis mortē oppeteret,
aut uiueret. Sicut facinorosos uidemus punien-
dorum scelerum gratia aut plecti capite, aut sua-
spendi, aut concremari, ubi cuiq; sua malitia frati-
di, aut probitas bono est, neq; consentaneum est
aliquem alterius culpmam præstare debere. Hoc iu-
dicium iudicante mundo æquum & iustum habet
retur. Idem Turcæ sentiunt, estq; ea totius mundi
fides, cum est omnii optima, cum, qui uitam quam
maxime inculpate transegerit, in die nouissimo
resurrectum & immortalitate fruiturum, &
contrā. Vnum autem ualitatum pro omnibus, &
nos omnes alterius culpa & meritis morituros
& uicturos, id sine risu & offendiculo apud mun-
dum doceri non potest. Verum eniuero Deo sic
uisum est, & sic ciui uoluntati placuit, ut mundū

¶

IN XV. CAP. I. CORIN.

¶ eius sapientia infatuaret, ac opera sua ita per-
ficeret, ut nullius sapientiae comprehendenda fo-
rentur. Nam si pro rationis tuae captu & intelligen-
tiaggeret, quid inde honoris haberet? aut cuius-
modi tandem Deus foret, qui nobis se docendum
exhibiceret, & secundum nostram sapientiam iu-
dicaret & ageret? Iam uero ita agit, ut sua sapien-
tia quam nostra maneat sublimior, huic nos opor-
tet subjici & dicere: Secundum meam quidem sa-
pientiam inique iudicatum esset, te autem hoc af-
firmante rectum & iustum est. Huic qui parere
noluerit, sed suam sapientiam diuinæ audet ante-
ponere, ac Deum iniquitatis accusare, ille uideat
quid agat. Nos uero in administranda re nostra
familiari sapientes erimus, ubi sine periculo &
nostro arbitratu sapere & regere possumus uac-
cas, equos, &c. atq; intra hosce fines sapiendi no-
bis consistendum est, nec permitendum ut teme-
re in Dei administrationē irruamus, quippe qua-
sublimior est atq; remotior, quam ut à nobis per-
tingi aut comprehendi possit. Nos enim illi ut
creatori & Domino nostro subiecti sumus. Ideo
nobis audiendus est, & credendum quicquid dic-
erit, quo suam gloriam illibatam conseruet, ac
tantum ipsius gratia & misericordia, sine nostris
meritis ualeat.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Hæc est illa prædicatio, quam diuus Paulus libenter tractat, tātum uero Christianis est, ut semper dico, utilis, qui idonei sunt ad huius articuli susceptionem ex fidem, quippe qui peccatorum suorum onus & mortē ipsam sentiunt, & hoc ex periuntur, ingenue fatentes, Adami peccato se quoq; in peccata, in iram Dei, & damnationem præcipitos, et morti adiudicatos. His cogitationibus sine fine se discrutiant liberari cupientes. Et quanquam ipsi quoq; secundum carnem iniici moriantur, id tamen consolationis habet, quod libentissime ab illa liberari uelint resurrectionis cupidi. Hac in spe eiusmodi terrorum peccati & mortis patiuntur, de qua Christus ipsos crepitabiles gemitus, quibus summis viribus ad Deū clamitant, sicut Paulus ad Rom. 7. Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum, etc. Quasi diceret, Mortem sentio quam ab Adamo habeo hæreditariam, ita ut supra modum dolcam. Porrò ad has redactus angustias ad Christum configio, hoc fretus, quod illius bonitate uitam habeam.

Est autem hec perquam occulta consolatio, quæ debiliter sentitur ab illis, qui intam profundi-

IN XV. CAP. I. CORIN. 72

dis animi & cordis gemitibus & suspirijs semet
consolantur, dum cor consternatum palpitat, nec
sentit aliud, quam semet peccatis & metu mortis
summe grauatum. Itaque clamat, nec tamen plus po-
test eloqui, nisi quod mortis acerbitate libenter
exonerari uelit, & salutem assequi, quo in statu
tantum se sustentat gemitibus. Cæterum ista omnia
horsum faciunt, ut Christianus in his angustijs Piorum com-
constitutus discat rectam consolationem & pau- solatio.
di animi leuationem querere, nec apud seipsum,
nec ullum hominem aut creaturam, sed apud Christum, per quem solum tantum actum & impetratum est, ne illi mors & peccatum ab Adamo ad-
ducto noctumento esse queant, iam per Christum
salvato & redempto.

Hanc artem recreandi animi impij & infide-
les non callent, quamquam & ipsi in angustijs uera-
lantes multum clament & ingemiscant, ubi horum
la ipsorum uenerit. Neque enim cogitationibus tan-
tum se nouerunt tollere, nec tam profundos gemi-
tus e corde educere, ut propterea Deus per Christum
ipsos uelit eripere, sine ipsorum meritis, sed
ipsi in tanto horrore & terrore conscientiae de-
sperandum est. Nam ignorant hanc artem, qua ex
morte emergendum est, nempe quod illud perso-
nam Christum fiat. Inter ea loci grauati angustijs

HOMILIAE D. MART. LVT.

fusum ac deorsum cursitant, iam hunc iam illum
sanctum accedentes, et iam his iam alijs operibus
studentes. Christianus autem haec omnia missa fa-
cit, quippe qui didicit et expertus est, nusquam in
terrīs contra mortem esse præsidium, que nobis
innata est, quam ut cæteri ferre et pati cogitur,
id quod ipsi ægre et dolori est, sed ad Deum so-
lum clamat ea fide, ut ipsum per Christum è sauci-
bus mortis eripiat. Hac consolatione quotidie se-
met recreat, donec prorsus superata morte ex
bac uita emerserit.

Adhæc ea quoque nobis prærogativa est, de
qua supra quoq; diximus, quòd mors in Christo
iam nihil est, et pars resurrectionis iam peracta,
quod ego præcipuum et optimum iudico, cuius
nos quoq; nudorem per Christum in corde nostro
percepimus, eoq; fermè uentū est, et est Deo gra-
tia, quòd inimicus noster non multos dentes habe-
at, iamq; machærā suam penitus amiserit. Nam si
recte rationem inire uolumus, mundum fermè to-
Mūdi maior pars absun-
pta. tum deuastauit, maiori hominū parte absumpta.
Nos n. nihil aliud sumus quàm ultimi digiti, sicut
Daniel ca. 7. testatur magnæ illius imaginis. Qua-
tuor n. monarchiae ille præterierūt, adhæc omnes
Prophetæ et Patres, tū Christus ipse cū suis Apo-
stolis et sanctis, et ut summatiūndicā, maxima pars
totius

totius corporis Christianitatis, adhac excellentissimi prudentissimiq; Principes, reges & processus absumpti sunt. Itaque nihil aliud superest, nisi extremus luxus, estq; breui saltu opus. Non secundus atq; cum tempore uindemiae omnibus iam uis deceptis una atq; altera adhuc in uite remanset. Aut cum decussa arbore duo aut tria poma adhuc dependent, ceteris omnibus deiectis, quod tamen ad totam uindemian planè nihil estimandum est. Ita quoq; mors mactatione suam prope medium compleuit, et iam dominij sui finis instat, nisi quod nondum saturari queat, usq; dum reliquias quoque bonorum hominum prorsus deuoret atque deglutiatur.

Contra Christus quoq; in semetipso suisq; satis uitam iam lucratus est, & ferè omnia expedit. Vita maioriuit. Sedet enim supra ut caput nostrum, totum genitum ex parte lumen humanum gubernans, ita potens & magnus, cratus ut uniuersus mundus ipsi comparatus pro nihilo ducendus sit. Habet quoq; iam præcipuam sui corporis partem, hoc est, Christianitatem per fidem in sua resurrectione, nec ullatre ad eius cōpletio nem nisi saltu, immo momento opus est tantum, ut sui adhuc corporaliter humo tecti perfecte resurgat. Iam enim omnes paucis exceptis ex hoc calamitioso exilio erexitur, & plus quam ex dimis-

HOMILIAE D. MART. LVT.

dio in Christo uiui, cū in fide uixerint et perman-
serint, quēadmodum Christus testatur, corā Deo
Abraam & oēs sanctos uiuere (quāq; hac uita
defunctos) cūm nobis Deus sit non mortuorū sed
uiuentium. Itaq; certus est, morti suas uires adēp-
tas esse, et ita debilitatas, ut fermē nihil habeat am-
plius quod iugulet. Accesserunt enim nūc ferē om-
nes, & breui nos omnes uiuos sūstet in cōspectum
Dei, mortem & inferos pedibus nostris subiectu-
rus. Et in summa, maiore parte nostri mortem ui-
cimus, & minima particula superāda restat. Ideo
nos qui mundi finem assequuti sumus, eam fiducia
habemus, ut minimo tantum saltu & supremo ca-
pus sit, ita dicto citius cum Christo steterimus, &
cum eo perpetuo uixerimus.

Quapropter Verbo Dei credentes, illud mo-
uere nos non debet, tametsi ridiculum uideatis,
quod hic Paulus dicit, ut sicut in uno homine om-
nes moriuntur, ita in uno homine omnes resur-
gent seu uiuiscēbuntur. Ita enim diuinæ bonitati
& sapientiae placuit, ut nos qui citra nostrā anno-
xiā Adami delicto in peccatum connecti siāmus,
& nullus nostrū inde sua opera potest emergea-
re, uicissim alterius hominis subsidio, qui omni-
peccato careret, iterum ad iusticie & tranquilli-
tatis portum perueniremus. Neq; enim animus c-
iuit

IN XV. CAP. I. CORIN. 74

ius aut uoluntas fuit, ut in peccato & morte maneremus, sicut necesse fuerat, si Christus non uenisset. Itaque mera est gratia, nec nobis amplius datur, quod in Adamo nobis moriendum est, sed magis lucro. Meliorem enim uitam, quam prior fuit consequimur, si non moriendum fuisset, nisi quod externo homini, hoc est, carni & sanguini non perinde arridet, nec libenter hoc absynthium deuorat. Neque enim aliter nouit aut potest se gerere, estque unum quod ab Adamo hereditarium accepit, quod mortem exhorrescit & fugitat.

Hac tamen consolatione semet potest erigere, quod in Christo uita habeat certissimam cum omnibus sanctis qui hactenus uixerunt. Ille iam supra sedet uiuens pro se et suis omnibus. Ex quo nos ultra dimidium progressi sumus, cum in iis qui ante mortui sunt, tum in nobis ipsis. Et tamen haec omnia gratuito acceperimus, ita ut alia opera minime opus sit, nisi ut baptizemur, & Evangelium audientes Christo tenaciter adhaereamus, id quod nostrum opus non est, sed eius gratia. Sicut nihil prorsus egimus, ut in Adamo laberemur, nisi quod de ipsius sanguine progenemur, illiq; ut caro & sanguis adhaerescamus. Nam omnes nos post se traxit, sicut is qui altum

HOMILIAE D. M A T. LVTH.

montem ascensurus retro cadit, omnesq; secum in
ruinam per præceps trahit, quicunque illum se-
quuntur. Itaque quemadmodum per illum, nem-
pe Adamum, in mortem præcipitatus sum, ita per
Christum ad uitam euchar, nec quicquam mea on-
pera ad id egeo, nisi ut partam per Christum uia-
tam fide amplectar.

Ideo hic gratiae, consolationis, & gaudij maga-
nitudo certè maior est, quam illic tristitia &
cerbitas, & hec cōmoditas multo amplior, quam
illud dispendium. Si quis mihi leue damnum dat,
& alter idem abunde pensat, quid, acceptam ini-
riam ineptè conqueror? Sicut si sur quissiam de-
cem aureos mihi subtraxerit, & ditionis aliquis
hanc iacturam centum aureis mihi compilato re-
taliat. Ita quanquam Diabolus hoc corpusculum
nec dederit, uarijs calamitatibus antè affliction,
Christus præsto es., illud mihi redditurus multo
quidē speciosius et nitidius, quam sunt solares ra-
dij. Ideo illud spectandum non est, quam inuite-
moriāmūr, sed potius gaudium & uoluptas ani-
mo infigenda est, quæ post in futura uita seque-
tur, quæ longe maior erit atq; præstantior, quam
dolor iste & dispendium, quod ab Adamo hære-
ditarium accepimus.

Vnusquisque autem in proprio
ordine

ordine, Primitiae Christus, deinde ij qui sunt Christi in aduentu ipsius.

Sanctus Paulus hoc loco eam quæstionem non tractat, num plures à mortuis resurrexerint, & cum Christo ascenderint, sed de solo Christo uerba facit, ut de uno homine. Siquidem hunc articulum secundum suam substantiam pure & sincere inculcare Corinthiis statuit, Christum adeo solum originem & autorem uitæ & resurrectionis esse. Quapropter num ante Christum nonnulli sanctorum, sicut Enoch & Helias ad cœlos ascenderint, aut per ipsum excitati sint, aut cum ipso resurrexerint, horum non pertinet, ubi nihil de priuata resurrectione agitur, quomodo unus etq; alter à mortuis resurrexerit, sed de communione resurrectione, deq; illius causa & capite, quod est Christus. Quid enim ad me pertinet, quod alii quot priuatim resurrexerint? illud maxime refert nosse, Christum surrexisse, et quo pacto nobis surgendum sit, nempè per Christum, qui ex hac miseria nos erexitur est, transfigendos eò ubi ille uiuit.

In hanc sentenciam hæc uerba addit, Christum & nos omnes quibus resurgendum est coniungens, ut ipse caput sit resurrectionis et principie

HOMILIAE D. MAR. LVT.

Resurrectio
generalis
quo pacto fu=
tur.

um. Atq; hoc ita dicit: Vnusquisq; in proprio ora-
dine, hoc est, per uices, & unus post alium, pri-
mum Christus, deinde nos. Quibus uerbis etiam
pseudo apostolos perstringit, hunc articulum pra-
ue peruerentes multimodis nugis, quorum alii
qui dicebant, resurrectionem iam dudum factam
esse, neq; nunc primū expectandam aut futuram,
ita obijcentes, Audimus quidem te affirmantem
Christum à mortuis resurrexisse, cuius exemplo
inserre niteris & nos resurrectos. Sed quando
illud futurum erit, aut quibus nam antē & post
resurgendum est? Neque enim quenquam adhuc
uidimus resurrexisse, atque ne Christum quidem
ipsum. Itaque hunc articulum habebant ludibrio,
ut falsum & absurdum, aut saltem spiritualiter
completum, His loquitoribus Paulus respondet.
Non necesse esse ita evidenter hanc rem ob oculos
ponere illis, ut ita cernant, sicut uacca nouam
portam (quemadmodum Germani dicunt) intue-
tur. Neque Apostoli uiderunt Christum resurge-
re, dum in cruce penderet, & depositus in sepul-
chrum poneretur, sed tempus illis expectandum
fuit. Ita nobis quoq; iam resurrectio credenda &
nō uidenda est, præsertim sc̄iētibus Christum iam
resurrexisse, ut Caput & Primitias: interea ue-
ro loci expectandū, usq; dum nos quoq; uocemur.
Nec

Neq; enim ita fiet (inquit Paulus) ut Christus omnes pariter secū, qui ante ipsum mortui sunt, auferat, neq; ita, ut Christianos post ipsum morituros priuatim excitaturus sit, sed ipsum antecessorem & caput esse oportet, & omnibus Christianis ante ipsum mortuis & post morituris id ipsum meritis consequi, ut suo tempore quisq; hic in terris in ipso spiritualiter uiuat, & cum statum tempus uenerit, omnes uno die excitatos secum auferat. Ipse enim sua hora surrexit, ita nos quoque, ubi hora nostra uenerit, quoq; resurgemus et ipsum sequemur. Neq; enim ante nos excitare statuit, quam omnes simul quotquot ipsius sumus, congregati fuerimus. Cumq; illorum non pauci sint, qui adhuc nascentur, illi cum nobis tum his qui olim decesserunt expectandi sunt, dum mors qui nos quotidie iugulat, prorsus cesseat & aboleatur, sicut mox dicturus est.

Et hoc est quod dicit Paulus, Vnusquisque in proprio ordine, ita ut aliquid sit inter nostram & Christi resurrectionem discriminis. Hoc enim series & ordo pestulant, ut ipse primus sit, qui strata via fores (quod dicitur) aperiret & immortalitatem apportaret. Deinde oia sua membra ordine congregaret, quibus resurrectio ab eterno destinata est, ut uno die oes Christiani simul in lucē

HOMILIAE D. MART. LVT.

prodirent, quem ipse ordinavit, atque ita cum eo
perpetuo uiuerent. Sic ipse manet Primitus, &
nos qui in ipsum credimus, iam plus quam ex di-
midio in ipso uiuimus, usque dum modicam illam
portiunculam, nempe carnem & sanguinem no-
strum prorsus in lucem reducē faciat. Ita Christus
in suo, & nos in nostro ordine manemus, certam
spem habentes fore, & nos ipsum suo tempore se-
quuturos & uicturos, ubi Christus immortalita-
tis nostræ reparator & autor uiuit. Neque enim
clanculum aut in angulo ista agentur, ut hic unus,
alibi aliis resurgat, sed propalam uniuerso mun-
do inspectante, morte, peccato & omnibus acer-
bitatibus iuxta abolitis, & præter uitam & galli-
dum perenne nihil erit reliqui. Adhæc corpo-
ra quoque nostra noua claritate induentur, neq;
non cæteræ creaturæ, secundum quod ipse pollici-
tus est. Quapropter huc minime, sicut dixi, refe-
rendum est, quod nonnulli priuatim surrexerint.
Neq; enim in illis resurrectio manifestata est, sicut
in Christianis futura patebit.

Mox finis cùm tradiderit regnū
Deo, & Patri, cùm aboleuerit om-
nem principatum, & omnem pote-
statem ac uirtutem. Vbi

IN XV. CAP. I. CORIN. 77

Vbi hora (inquit) uenerit, qua nobis qui Christi sumus, resurgendum est, et Christus secundus, cum omnibus per actis finis preesto est, quem scripturam nobis demonstrat, num irum hanc temporalem uitam cessaturam, & omnes dolores atque calamitates desieras, ac Diaboli regnum, cessantibus etiam mundanis & spiritualibus magistratibus, ruiturum. Et in summa, omnium rerum mundanarum finis aderit, illiusque uite & initium orietur, quia nos cum omnibus sanctis a constitutione mundi ardenterissime concupivimus et expectauimus: in qua Deus adeo solus dominum obtinebit, & in nobis suis filiis regnabit, quae nullo unquam fine terminabitur. Sicut Paulus sua ipsius uerba interpretatur, indicans quid ipso fine significari uellet, & inquit, quod abolitus sit omnem principatum & omnem potestatem, ipse futurus omnium in omnibus.

Etenim futura uita, non ut nunc mundana, eodem modo instituerit, quod scilicet necesse sit virum & mulierem, liberos, familiam, & si quid aliud est, quod ad matrimonium pertinet, esse, aut alios quoque status, qui inde originem suam trahunt, ut magistratus & subditos. Mares quidem & foeminæ (quod ad naturam pertinet) manebunt, sed non ita, ut liberis procreandis o-

HOMILIAE D. MART. LVI.

peram dent, rei familiari studeant, edant, bibant, semet uestiant, aut similia faciant. Hoc conmnia in hac uita manent, in qua Deus matrimonium in hoc constituit, ut uir & mulier una uiuant, liberos procreent & eduent, item publicas functiones obeant. Vbi enim matrimonium est, omnia quoque alia quae inde sequuntur, esse necesse est, quippe quod omnia secum trahit, que mundo administranda sunt. Sublato autem matrimonio, cessabunt etiam ea quae matrimonium comitantur.

Ac tum demum, inquit Paulus, ipse Christus regnum Deo Patri traditurus est &c. Quid Regnum Patri hoc sibi uult? Scriptura pa& sim testatur, Christi quomodo sum perpetuo regem mansurum, & eius regni finem nullum futurum. Quomodo ergo quod tradit, quod hic dicit, fore ut Patri regnum sit traditurus, & se ei subiecturus, omnibus regni ornamentis in finum oblatis? Responde, Diuum Paulum loqui de regno Christi quod in terris iam per fidem administrat, in quo per verbum suum regnat, nequaquam rebus uisibilibus & apertis, sed perinde, ut Solem per nubes densas lucentem conspicimus, lumen quidem uidentes, sed ipsum Solem minime. Nubibus autem decedentibus, aut uento discessit, cum lumen

IN XV. CAP. I. CORIN. 78

lumen tum Solem pariter uidemus una substantia coniunctim. Ita Christus iam cum Patre in diuisim regnat, estque amborum unum regnum, hoc saltem discrimen subest, quod Christi regnum iam obscurum, & occultum est prorsus, aut uelatum & obductum, ac penitus Verbo conclusum, de quo non plus uidetur, quam Baptismus & Sacramentum, nec plus de eo auditur, quam externum Verbum, in quo eius tota uirtus & potentia consistit, eoq; omnia regit & efficit.

Perlibenter quidem uellemus Christus quoque ut Cesar aut Rex quispiam externa quādam & magnifica pompa atque potentia regnaret, ac plagis malos contunderet. At ipse hoc iam facere recusat, occulte & inuisibiliter regnare uolens in cordibus nostris per Verbi sui administrationem. Huius clypeo nos in infirmitate constitutos contra mundi vim atque poterū tueri ac sustinere statuit. Esiq; idem hic in terris regnum, quod postea in cœlis futurum erit, nisi quod iam conjectum oculis nostris non pateat. Non secus atque numus aures in marsupio reconditus, uere numus est aures manetque idem si illum deprompsero, aut in manus sumpsero, nisi quod amplius non est conjectus. Ita Christus quoq; thesaurum, qui no-

HOMILIAE D. MART. LVT.

bis iam contextus est , nec plus de illo compert
habemus , nisi quantum audimus & fide comprehen-
sionem nobis in lucem coram uniuerso mundo
depromet & reuelabit . Nihilominus tamen eius
thesauri certi sumus , sicut mercator habens obſia
gnatas literas aut syngraphā ſuę pecuniae , perim-
de certus eſt , ac ſi illam in crumena clauſam habe-
ret . Itaq; uidemus hic per fidem agi omnia perq;
Verbum & Sacramentum , indubitanter perua-
sum tenentes , filios Dei nos eſſe , & Christi Domi-
ni nostri regnum , ipſumq; Regem eſſe nostrum ,
qui contra omnes hostiles infidias nos defendit
atque gubernat , qui nos omnibus discriminibus
atque necessitatibus eximit . Quanquam uero
illud non cernamus , ſed plane contrarium expe-
riamur , peccatis nos prementibus , Diabolo con-
ſternante & uarijs modis excruciantre nos morte-
uero iugulante & mundo persequente , ac breui-
ter omnibus nos opprimentibus et ſuperantibus ,
neq; tamen Christi auxilium & defenſio oculis
tibi uidenda ſunt , ſed fide apprehendenda , non
quinq; illis ſenſibus complectenda , ſed clauſis illis ,
tantum audiendum quid Verbum Dei tibi loqua-
tur , uſq; dum hora uenerit , qua Christus finem
facturus ſemet prolatam manifestabit ac ſiſtet in
gloria & maiestate ſua . Atq; ibi denum uidebis
ac ſcīs

IN XV. CAP. I. CORIN. 79

ac sensies quod iam credis, nimirum peccatum ex-
tinctum & submersum, mortem sublatam & ab
oculis submotam, Diabolum ac mundum ad pedes
prostratum, Et erit aperta apud Deum uite no-
stra conditio, & omnia oculis exponentur, ut
thesaurus reiectus, sicuti iam concupiscimus &
expectamus.

Hoc est quod Paulus innuit, ubi inquit, Christi
Deo patri regnum traditurum. Hoc est, Christus
fidem & occultum eius regnum tollet, ac suos Deo
Patri siflet, & nos apertere in regnum quod appa-
rauit transferet, quod etiam quotidie exercet, ita
ut ipsum sine omni uelamento & uerboru*m* tecto=
ris usuri simus omnium clarissime. Ac tum demum
non fidei, sed claritatis & aperae uite regnum
vocabitur. Et quanquam uniusmodi regnum cum
Christi (qui ob id homo factus est, ut fidem in se Regnum Christi
propagaret) tum Dei est (nam qui Christum audit, sicut
ipsum Deum Patrem audit) attamen proprie Christi
regnum dicitur, cum Deus Pater iam in sua ma-
iestate absconditus delitescat, & Christo omnia
gubernanda tradiderit, ut uerbi sui translatione et
baptismo nos ad se perducat. Ad hæc seipse quoque Deus Pater
in Christo abscondidit, ita ut nusquam alibi quam in Christo se
in Christo Deum Patrem queramus et cognosca abscondit.
mus. Porro in futuro seculo Dei regnum pro-

HOMILIAE D. MART. LV.

prie uocabitur, posteaquam Christus iam omnia exequutus fuerit, quæ exequenda sunt, neque amplius regnabit in nostra infirmitate & aduersitate, sed morte ac peccato, neque non omnibus ceteris quæ Deo repugnant, amotis, eò nos traduxerit, ubi ipsum cum Patre diuina maiestate florentem perpetuò uidebimus: neque amplius Euangeliō & Baptismo egebimus, aut peccatorum uenia, seu cognitione sicut nec ullum infortunium ultra nobis pertinescendum erit, habitante nobiscum Deo coram & uisibiliter, una cum perpetua iusticia, salute & uita immortali, qui ea omnia nobiscum comunicabit, ut sicut ille futuri simus.

Ad hunc modum Paulus se ipse his uerbis interpretatur, quæ sequuntur, Cum aboleverit omnem principatum & omnem potestatem ac uirtutem &c. Hoc est, finem imponet cum spirituali gubernationi, quam nunc in mundo per Baptismum, prædicationem Verbi, Sacramenti dispensationem, & clauium potestatem atque absolutionem &c. administrat, tam mundano quoque regimini cum omnibus suis statibus & functionibus atque officijs & ordinibus, tam magnis quam paruis, ita ut nullo talium ultra opus erit. | Cum enim spirituali admis-

IN XV. CAP. I. CORIN. 80

ministratio Verbi & fidei cessandum sit, Cæsar quoque imperio desinendum erit, ac unicum nempe Dei Patris remanebit, qui unus omnium instar erit, nempe prædicator, consolator, pater, mater, dominus, miserator, Cæsar, & quicquid iam particulatim nobis mendicandum est, iam hoc à patre, modo illud à Cesare aut Principe, aut aliquid spiritualis donum à parocho seu concionatore, illud omne ibi auctor ab uno semel habebimus. In hoc enim seculo multis ac uarijs hominibus ad uitam traducendam opus habemus. Parens uitam & uictum suppeditat, Cæsar aut princeps pacem & tranquillitatem, paedagogus disciplinam & eruditionem &c. In futura uita alia re non opus erit, nisi ut illum habeamus, & omnia reliqua abunde aderunt, que iam apud multos nobis querenda ac multo negocio atque labore paranda & retinenda sunt.

Quodam tamen seruato discrimine de duobus illis regnis, nempe mundano & spiritualliloquitur. Neque enim dicit Christum spirituale regnum sublaturum, sed Deo Patri traditurū, ex quo liquet illud mansurum esse. Mundanū uero, inquit, funditus abolebit, & in nihilum rediget. Illud enim non propter bonos sed malos &

Regnum spirituale manebit, mundano abolito.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Inprobos constitutum est, ut illorum scelera & sa-
cinora coercentur, quo bonis praे illorū iniurijs
pacatē uiuere liceat. His autem extintis & sub-
latis, illud quoq; officiū cum attinentibus, nempe
gladio, patibulo, morte abiicit. Nostra autē glo-
riatio manebit, qua nobis gloriarī & dicere lice-
bit, Deum ac Verbum eius dilexi, baptizatus ac
Christianus fui, ac proximo meo per dilectionem
quod potui benigne feci. Contrā improbi dicent,
Iam de regno nostro plane actum est, nec quic-
quam nobis superest reliquum. Etenim propter
temporalem uitam etiam ordinatum fuit, quod
ad uitam cœlestem neminem promouet nec per-
tinet. Sicut spiritualis regni administratio, tanta
tum eō tendit, & nobis seruit, ut futurā immor-
talitatem apprehendamus. Quocirca munda-
num regnum prorsus abolebitur, nec quic-
quam de eo remanebit. Spirituale autem in me-
liorem formam & perfectiorem conditionem
mutabitur, ita ut omnia in promptu & per-
petuo habituri simus, que nunc per fidem ex-
pectamus.

Cæterum triplicibus uerbis utitur, cū inquit,
omnem Principatū, & omnem Potestatem ac Vir-
tutem, quæ quisq; prout sibi uisum fuerit, discerne
re potest. Ego sic accipio, ut putem Paulum tres

IN XV. CAP. I. CORIN. 81

Partes ad Magistratum pertinentes indicare. In Magistratus
quouis enim mundano magistratu hæc tria adesse tres partes.
oportet Primum & summum principatum nomi-
nat. Hic Cæsar est in imperio, Rex in regno suo,
Princeps in sua ditione, Comes in suo comitatu,
aut etiam Consul in una aliqua ciuitate, ut caput,
à quo omnia mandata & decreta proficiscuntur.
Alterum Potestates uocat, quo nomine iij compre-
henduntur, qui à Principatu mādata exequenda
accipiunt, & potestatem habent amplius mandā-
di, quod genus sunt Officiales et iudices. Tertium
virtutes, qui decreta exercent & exequuntur, ut
dominorum & principum ministri, lictores &
carnifex. Si enim iuris executioni, ut par est, lo-
cus concedendus est, ad eam rem sane hominibus
opus est, qui manu iuri satisfaciant. Si autem satis-
ficiendum est, eos quoq; esse oportet, qui ex of-
ficio imperent. At qui ius ipso facto exercent, eos
quoq; maiori mandato præditos esse oportet, ne-
quid pro sua libidine statuant aut faciant. Vbi hic
ordo seruat, ibi omnia recte fiunt, quæ princi-
patus ordinat & facienda præcipit. Potestas aut
mandat, et mādata minister exequitur. Non aliis
ordo in œconomia quoq; seruādus est, ubi Pater
dominus est, hic filio aut gnate præscribit & mā-
dat quæ familiæ facienda sunt, ut mandatum à pa-

HOMILIAE D. MART. LVT.

tre familias tanquam à magistratu ex ea per uxorem aut liberos familie demandādum. Et he sunt tres partes magistratus, quas Paulus Principatū, Potestates & Virtutes nominat. Hęe in omnibus statibus et regnis tollentur, sublimibus, infimis et medijs abolitis, ita ut omnes pares reddantur, nec quicquam noscetur inter Cæsarem, Regem, Principem, ciuem, nobilem, ignobilem discriminis, et Deus solus erit omnia in omnibus.

Christus solus Magistrus tolleret.

Hęc omnia (inquit Paulus) ipse faciet, nō nos, aut phanatici illi spiritus, qui falsa gaudia & docent, Omnes pares nos esse oportere, nec quenquam alio sublimiorē, conanturq; ultro omnes Magistratus tollere, Christo officium suum eripientes, cuius hoc facere interest. Quapropter mundanis magistratibus tamdiu manendum est, usque dum ille uenerit. Quemadmodum spiritualibus quoq; officijs prædicandi & baptisandi, immo sicut soli & luna in cœlo quoque manendum est. Quapropter nemo his debet resistere, nec comari horum mutationem inducere. Ipse enim hęc facta adeo solus decreuit, ac Regi, Cæsari & Principibus dicere: ne sis ultra Rex, Cæsar, aut Princeps, &c. nec quisquam mortalium amplius regnet aut dominetur, sed uniuersus mundus Deo solo auscultet & obediatur.

Oportet

Oportet autem eum regnare,
donec posuerit omnes inimicos suos
sub pedes suos.

Dixerit hic aliquis, Cur autem hoc non illico post resurrectionem suam fecit, ubi iam omnium Christus cur rerum factus est Dominus, potuitq; omnia pedibus suis subiçere? Huic obiectioni Paulus respon det. Sacris literis memoriae esse proditum, Christus aboleuerit. Num regnare & dominari debere unà cum mun dano magistratu & regno, spiritali sua administratione, nimirū Psal. no. Dixit Dominus Domi no meo sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellū pedū tuorum. Et hæc est nostra consolatio, & nostræ salutis in hoc est habitatio, quod non illico inimicos supplicio afficerit ante mille annos, sed pœnam distulit, usque dum nos quoq; aduenirenius. Neq; enim etiamnum omnes nati sunt, qui ad ipsius regnum pertinent. In hoc itaq; illi regnandum est, ut filios Dei congreget, sicut scriptura alio loco testatur. Ideo regnū suū ante prorsus implere debet, nec prius inimicos aboleret & absumere exitio, q; omnes qui bus immortalitatē destinavit, adduxerit. Deinde omnia simul tollet & abolebit, inimicos trucidaturus. Inter loci finit Verbū suū prædicari, et regit Chri

HOMILIAE D. MART. LVT.

stū initatem spiritualibus officijs prædicādi, Sacra
menta porrigendi, neq; nō fide & spiritu, in me
dio inimicorum suorum, qui omni acerbitate &
cruciatu nos premunt & afficiunt, contra quoru
mum & iniurias nos tuetur & retinet hac certissi
ma consolatione, fore ut illo die ipsos pedibus su
is prorsus subiecturus sit. Quod equidem iam fa
cere cœpit, & quotidie facit. Nam prædicatione
Euangelij omnes sectas spiritualiter dissipat, Di
bolum fugat, tyrannos de solio præcipitat, mun
di furorem & insaniam compescit, peccato & mor
ti suam uim atq; robur adimit, &c. Hoc ipsius o
pus est quod exercet, & quo occupatus est, &
ad summum diem usq; occupabitur, nisi quod iam
particulatim pleraq; facit, quæ supremo die oria
ente simul faciet, omnibus semel sine imposito.

Ita uidemus, quomodo ab initio cœpta Chris
tianitatis hactenus in mūdo tumultuatus sit, quo
modo Gentes & populos Euangeli subiecerit,
& omnes eidem uiolenter resistentes præcipita
rit ac perdidierit, dum hic Regem deturbat rega
no, alibi cruentum tyrannum exterminat. Cuius
rei nostra quoq; memoria non raro documentū
exhibuit atrocibus supplicijs, & amplius exhibe
bit. Ideo enim hic incipit eos ad hunc modum uis
tare, ut in illo die eos ipsos funditus è medio tol
lat

Reges & ty
ranni cur ex
termimentur

IN XV. CAP. I. CORIN. 83

lat & eradicet. Neq; enim legitime suo fungūtur officio. Cūm enim Deus ipsis principatum deman-
dārit, externas res iuste & sancte regendi, ut ma-
los coērcant & supplicio afficiant, bonos autem
defendant pace conseruata, Deum ipsum impiè a-
doruntur, credito officio abutentes, ac Christia-
nos multiplicitibus iniurijs afficiētes & persequē-
tes, &c. Euangelium nec audire nec firre uolūt,
hanc culpam illi ascribentes, quod inde sedicio-
ner, & regionum uastitates oriantur. Quod etiā
vere accidit, Sed cuius culpa? Nullius certe quam
ipsorum, propterea quod officium ipsis à Deo cō-
missum non exequuntur malis puniendis, sed co-
nuntur filios Dei omni crudelitatis genere per-
sequi, ac contra Deum ipsum pugnare, & sedicio-
nem excitare.

Merito autem ipsis accidit, dum sic temere in-
currunt, ut quāprimum in sua ipsorum poten-
tia miserabili ruina pessundentur. Quemadmo-
dum Deus in Christo mortem & Diabolum pes-
sundedit, quibus etiam ea erat potentia, peccato-
res suis retibus capiendi & illaqueandi. Cum au-
tem Christum quoq; capere animum induxissent,
sic cogitantes: Hactenus tot deuorauimus, hunc e-
tiam deuorabimus, non immerito ipsis infælici-
ter cessit experientia. Neq; enim erat sora illa ip-

HOMILIAE D. MART. LVT.

forū cassib[us] capienda, nec erat ip[s]is concessa li-
bertas illius, inuadendi. Ideo ille perrupit, ac rete
ita dilaceravit, ut deinceps nullum Christianū te-
nere queat. Nam impossibile erat (inquit Petrus)
teneri illum ab ea, Act. 2. Ita quoq[ue]; impossibile est,
ip[s]um aut suos Christianos à mūdo teneri, tametsi
ip[s]is capiendis rete injiciant, & captos iugulare
cogitent. Nihiloscus ille per omnem ipsorum po-
tentiam facta uia perrupit, discerptis omnibus
retinaculis, ac reti undiq[ue]; dilorcato ac dilacerat.
Neq[ue]; enim uult à quoq[ue]; capi aut teneri. Latro-
nes & facinorosi mundo suis cassib[us] capiendi
sunt, præter hos si alios quoq[ue]; irretire nititur, ac
ip[s]um quoq[ue]; tenere, tum non secus atq[ue]; per telas
aranearum penetrat, ita cuncta secū diripiens, ut
ne uestigii quidem ullius potētiae remaneat. Q[uod]c[um]que
admodum primo lud[us] sicut ficit, ita ut ne ditimcula
quidē aut oppidulū saltem seruārint, ipsorumq[ue];
rete ita discerptū est, ut ne uulpecula quidem aut
canē amplius capere possint. Neq[ue]; n. uolebant cō-
tenti esse potentia, quam Deus ip[s]is ad coercēdos
improbos dederat, sed iniuriose etiā probos ado-
riebantur, dimittentes impune Barrabā sedicio-
sum percussorē, Dei aut Filium morte multatates,

Non aliter quoq[ue]; Romanis et Græcis accidit,
qui & ip[s]i crediti officij pomœria excedebant,

IN XV. CAP. I. CORIN. 84

dum Christianos capiunt & misere iugulant, int̄e Rom. et Gr̄ciam omnes idolatrias & improbitates impune corum impe-
 dissumulantes. Ideo ipsorum quoq; imperium mul- rium quare
 titudine Gotthorum, Vandalorum, & Turcarū dissipatum.
 ita diloricauit ac dissipauit, ut iam Romæ uetus
 Roma, & in Gr̄cia Gr̄cia querenda sit. Non
 alia fortuna etiam nobis expectanda est, cūm no-
 stri quoq; proceres & principes, nulla sui officij
 ratione habita, uerbum Dei impiē persequantur,
 & Christianos omni infectionis & crudelitatis
 genere affectos, exilio partim multent, partim ul-
 timo suppicio absument, tanquam nihil aliud ip- Germaniae ua-
 sis esset negotiij, nisi quod ipsorum principatum statio unde.
 & potentiam in persequendo Deo demonstrare
 debeant, ad omnia alia scelera & nefaria flagicia
 plus quam cæci conniuentes. Itaq; ad illos quoque
 dicet, Latrones & malefici capiendi erant uobis,
 ac suppicio afficiendi, si demandato officio satis-
 facere uoluissetis. Sed hoc posthabito, quæ uestra
 est uestania, Verbum meum capere nitimini, quod
 tamen officiū tuum confirmat, & homines iustos
 ac pios reddit. Ac nimium uociferanini, illo dis-
 cordias & seditiones excitari, cūm ipsi aduer-
 sus Deum furiatis, omnium foediſſime ac de-
 terrime uiuendo. Cūm autem turbatis rebus ul-
 tro delectari uidcamini, dabo operā ut seditionū

HOMILIAE D. MART. LVT.

ac discordiarum abunde habecatis, ita ut nullum principatum aut regionem, quæ non extreme dilaceranda sit, conseruetis.

Hungaria.

Germania.

Regna euer-
tuntur parti-
culatim.

Et profecto ob Euāgeliū plus quam blasphemie & contumeliose tractatum, eius rei iam initium dedit. Quām misere uero & calamitose sua perior & inferior Pannonia intra paucos annos deuastata & uexata est, cū ab amicis tūm inimicis, id quod neq; ipsi, neq; alius quisquam sibi persuasisset? Cuiusmodi uero nunc est status Germaniae? Is certè, ut nemini compertum sit, quò tandem res sit euasura. In hoc enim luctantur & summe incumbunt, ut ruant in exitium, omnem modum crudelitatis excedentes, ut affatim promiscerantur, ueluti qui scientes & prudentes contra Dei Verbum & cognitam ueritatem rabiose suriant & sœuant, ita ut Deus ipsorum intolerabilem furorem ultra ferre nequeat. Et metuendum est, ne opinione citius nos inuasuris sit, & suis censibus rete ita discepturus, ut nec caput nec noscimus uspiam appareat. Hactenus enim tot regiones & urbes euertit, quæ etiam fuerat diuitijs & populo potentes, & firmissimis muris circundate, unò quatuor illa maxima imperia mundi de quibus Daniel 7. loquitur per uices ita euertit et dissipavit, ut nihil iam præter miserrimas ruinas reliquias

liqui cernatur, ita ut non magni negotij sit, etiam extremam & minimam partem euertere, Nisi quod singulatim & particulatim unum post aliud uastavit, & adhuc uastat, et hostes nostros profligat atq; prosternit, ne in eam opinionem descēdamus, quasi mortuus sit, aut omnino imbellis factus, aut quasi nemo nobis esset Dominus, qui nobis opitulari posset. Ideo particulatim euertit ac deicxit dominia & principatus, usque dum semel funditus euerterat omnia. Inde demum apparebit, penes quem culpa hæserit, quamobrem mundanus principatus pessum ierit, quæ certe Euangelio imputari nō potest, sed nostræ maxime ingratitudini, qua Dei uerbum & gratiam respuimus, quoddq; ipsum pro Domino ferre noluimus. Cumque iam nec admonitionem nec cōminationes, duas in aures demittere sustinemus, ipse quoq; cūm uenerit nec ciulatum nec clamorem audiet.

Nouissimus hostis aboletur mors. Nam omnia subiecit sub pedes illius.

Hecequidem pulchra uerba sunt, & amabili, neq; non plena consolationis, quibus mortem Mors hostis nouissimum hostem Christi nominat. Adhunc mo- Christi no- dum præsentē textū ego enarrare nō nouissem, uissimus,

HOMILIAE D. MART. LVT.

hoc uerbum Hostis, tam late patere, sicut Paulus
hoc loco explicat ad mortem trahens. Alioquin e-
nim uerba primo intuitu tantum de Iudeis & ge-
tibus intelligenda uidentur, à quibus Christiani in
hoc seculo discrutiantur. Paulus autem amabilem
adumbrat imaginem, ut pictor industrius, ac mor-
tem, ut depingenda est, suis depingit coloribus, hu-
ic quoq; dicto illam includens, quod est in Psalmo,
Donec posuero inimicos tuos scabeium pedum tu-
orum, ut Christum Dominum nostrum intueri et
recte cognoscere discamus, ut mortis iniunicum et
hostem: cuius regni ea natura est, eoq; tendit, ut
cum morte manus conserat, ac uictam prosterat,
usq; dum penitus aboleuerit. Ita Christum libera-
ter uideo depingi & prædicari, quod nō talis uir
credendus sit, cui uoluptati est irasci & irrogare
supplicium, ac crudeliter cum hominibus agere, sed
qui eam ob cauſam rex sit, regnumq; suum ideo
recepit, ut summa ui cum nouissimo hoste con-
fligat, donec & ipsum deuictū sub pedes eius po-
suerit. Itaq; hæc uerba merito aureis literis scri-
benda essent, & Christianis ita diligentissime in-
culcanda: Animaduerte Christum mortis hostem
& uiciissim mortem Christi hostem. Et quen-
admodum alios leuioris momenti hostes suos hic
in terris per uices perimit (sicut supra diximus) ita

Christus quo
modo inuen-
dus.

ita quoq; hunc maximum hostem omnino peremptus est.

Siquidem tales inimicitias etiam facto cōpro- Christus mor-
bavit, quando mortem propria persona pessunde tis hostis, &
dit, itaq; contra ipsum nihil amplius ualeat. Et quē contra.
admodum mortem pro se in propria persona ui-
nit & pessundedit, ita pro toto suo regno ean-
dem quoque uincere & in nihilum redigere de-
cruit, cogeturq; prostrata ad cunctorum pe-
des lacere, ita dilacerata & in nihilum redacta,
ut de ea nihil amplius conficiatur. Hoc est reg-
num Christi recte depinxiſſe & magnifice p̄a-
dicasse, adhæc Scripturam ipsam dextre exposu-
iſſe, Christum sedere ad dextrā Patri, suoq; offi-
cio fungi, quo contra mortem dimicet, eamq; pro-
sternat, ac pro tota Christianitate superet, sicut idē
pro se tam effectum dedit. Nobiscum quidem nō-
dum plene, sed tamen ferrū in igni est, & agitur
res nostra quotidie, usq; ad supremum diem, sicut
Paulo superius dixi, Christianū dimidio plus iam
ē mortis faucibus emersisse. Nam ciuiſ uita, quā
in terris agit, nihil aliud quām mors est. Quāpri-
mū enim baptisatus fuerit, in mortē mergitur,
sicut Paulus ad Rom. &. inquit. Et omnes qui Chri-
ſū amplectūtur, iā perinde oblati et dānati sunt,
ut qui iam mortē obierint, et expectant dū resur-

Christianorū
uita in terre
mors est.

HOMILIAE D. MART. LVT.

gant. Atq; ita suam ipsorum conditionem intueri discant, ad uitam mudi comparatam, quae nihil aliud est quam transitus ad mortem, & sicut illorum, qui retrorsum ad sepulchrum curvantur. Viuunt enim omnibus curis uacui, planè in diem, in utramuis (quod aiunt) aurem dormientes, nec ullam meditandæ mortis rationem habent, usque dum ex improviso in illam corruant.

Sed enim Christianus, eo ipso quo Christianus factus est, in morte mersus est, quam omnibus horis cogitat, ubi cunq; stet aut ambulet, quippe que illi cunctis momentis expectanda est, dum hic in terris uitam agit, ubi parum quietis ipsi cum Diabolus tūm mundus atq; etiam propria caro concedunt. Hoc tamen prærogatiæ habet, quod dextro pede iam è sepulchro concenderit, poteti auxiliatore suffultus, qui manum illi porrigit, nimis Christo Domino suo, qui iam olim prouersus est, ipsumq; manu apprehendit, & plus quam dimidium extraxit, nec præter leuum pedem quicquam retro manet. Iam enim peccatorum condonationem consequitus est, placata ira Dei, & extincto inferno, & iam apud Christum & in Christo uiuit, secundum meliorem sui partem, que est anima, coelestis regni particeps. Ideo neque illum mors amplius tenere potest, aut quicquam efficeret,

Christianus
dextro pede
è sepulchro
est.

re, quod illi admodum noceat, nisi quod adhuc ue-
teri cuti ac carni et sanguini computrescendum
est, ut ipsa noua fiat, et animam sequi possit.
Alioqui omnibus perfuncti difficultatibus iam
prositus ad portum uitæ penetrauimus, cum Chri-
stus et anima mea amplius in morte non uersantur.

De eiusmodi consolatione et fiducia mundus Christianorū
nihil nouit, licet multum arroganter suas opes at prærogati-
que diuitias, honores, dignitates, amicitias atque ua, præ potē
potentiam iactitet. Sed profer mihi uel unum, qui tibus et au-
bis omnibus mortem possit à se depellere, aut ex
illa cripere? Pro certo constat, adhuc fuisse nem-
inem, qui uel numum, uel granū frumenti, uel gut-
tulam aquæ secum abstulisset. Hic illis iacendum
est, ne minimo quidem anhelitu sibi ipsis subueni-
re potentibus. Et perpetuo quidem ita insepulti
iaceret, non tolerando fætore olentes, nisi aliorū
manibus terra obruerentur. Nec illus est tam im-
bellis uermiculus, qui non possit in eos grassari,
et cadaver depascere. Nullus regum unquam tam
potens inuentus est et locuples, qui de omnibus
imperij sui thesauris et opibus uel unicum terun-
cium abstulisset, sed coguntur, quicquid unquam
diuitiarum possederunt, post se relinquere, ita ut
leberide nudiores humandi sint.

Porrò nos Christiani, quanquam nonnulli cū

HOMILIAE D. MART. LVT.

Christo nondum è morte & sepulchro in uitam
emerserint, talem tamen Virum habemus, qui om-
nia secum abstulit è morte, nec ullius rei iacturam
sua morte fecit, ne pilo quidem relicto. Imò eo ip-
so omnia ad se pertraxit (ut ipse de se testatus est)
sibiq; subiecit, ut nobis quoq; per ipsum & in ip-
so è fauicibus mortis emergendum sit, cunctaq; u-
nà nobiscum trahenda, quæ hīc reliquerimus.
Hanc itaq; iactantiam & fiduciam contra uniuersi-
sum mundum obtainere possumus, licet fidem &
Christianismum subsannet atque derideat, in eōq;
omnem spem suam collocet, quod pecunia abun-
det & opibus, quodq; ex animi sui sententia ui-
uat in auaritia sua omnium luxuriosissime. Sed si
me, in hoc rei cardo uertitur, utri superiores sint
euasuri. Sunt tibi opes atq; pecuniae, potestates &
quicquid animus tuus concupiscit, caue uel obo-
lum moriēs tecum auferas. Ego autem Dominum
tibi commonstrabo, qui moriens nihil prorsus
post se reliquit, sed omnia simul è morte eripuit,
& mihi manum nunc porrigit, qua & me que-
am euolucre. Talem, si quid potes, mihi quoq; uit-
rum in uniuerso mundo exhibe, qui uel filium seu
cum abstulisset, aut è fauicibus mortis eripuisset.
Quid ergo commoditatis tibi apportat tua auari-
cia

tid & uana fiducia rerum tam nihil, quarum ne
momento quidem certus aut securus es, ignorans
planissime, quando mors uentura sit, quasi perpe-
tuo bona tua possidere, aut tecum cuncta auferre
in animum induxisses?

Ecce sic cōtra mortem nobis Paulus addit an-
nūm, ut in Christum spēm nostram inconcussa
fiducia ponamus, tāquam acerrimum hostem mor-
tis, quam penitus aboliturus est & extincturus,
id quod abunde satis in ipso promeruit, dum sine
causa innocentī manus iniecit, & uim intulit, ut
prehensum deuoraret, sed hoc deglutiendo suam
ipius gulam fregit. Quā nobrem soluere cogi-
tur, & omnes iam olim deuoratos reddere. Hoc
iam eō seruit, sicut dicendo cœpi, ut contra quo-
tidianas tentationes hac consolatione nos eriga-
mus, utque Christum recte intueri ac depingere
nobis discamus, nec ijs imaginibus & cogitatio-
nibus, quas nobis Diabolus suggerit, consterna-
mur, que nos tristitia conturbare & mæstos face-
re uolunt, sed ut illis excludendis sic occurrere
possimus. Hoc prorsus nō esse Christum (sicut me-
ticulosa conscientia formidat & cogitat) sed Chri-
sti hostem, nempe mortem & Diabolum. Ete-
nū uides hic ob hoc ipsum Christum regem es-
se, quod mortem ut insensissimū hostem perire
resit Rex.

HOMILIAE D. MART. LVT.

cogitet. Itaque indubitate sequitur, ut quicquid à morte mihi obiectum fuerit, hoc à Christi Domini mei hoste mihi obiectiatur, quod ipsi nō minus ægre atq; mihi est: neq; enim præcipue meus hostis sed Christi dicitur. Sed quia in Christum credo, fit ut Christus mei tutelam ac curam suscipiat contra talēm hostem, ita ut quicquid iniuriarum mihi intulerit, id ipsi quoq; intulit, qua de causa in hoste me uin dicabit. Et quemadmodum ipsa pro se superauit non audentem amplius quicquā negotiū ei facere, ita eandem per me & omnes Christianos omnino exterminare & profigare statuit, ut in carne quoq; mea inuallida reddatur.

Idcirco non est quòd solliciteris, Christi hoc esse consilium, ut te conturbet aut perterrefaciat, ut cui uoluptati sit iugulare aut occidere, sed cū mōtis inimicus est, nec metui nec terrori locum uult relinquere, omnibus ex aequo inimicus existens, quæcunq; nobis terrorē & metum atq; tristitia incutiunt. Et haec est cōsolatio, quæ nobis Christianis in Christo est proposita, quam mundus nō habet, suis rebus atq; diuitijs fruens, quarum tamen nihil secum auferre potest, sed omnia quæcunque possidet in mortis potestate deserere cogitur, & illi relinquere. Nobis autem non omnia eripiet, & si multa nobis eripit, tantum tamē ea adimit,

qua

IN XV. CAP. I. CORIN. 89

que hic in terris possidemus. Seruat etiam hoc corpus ad tempus in sepulchro, relicita anima, & omnibus alijs que in Christo habemus. Quid, quod etiam corpus tandem cum ceteris que nobis eripuit, reddere cogetur?

Cur autem nouissimum hostem mortem nominat? aut quos tandem insuper hostes habet? Sicut hic de re simpliciter loqui solemus, hi tres Christi nostri hostes sunt, mundus, caro, & Diabolus, quos sentimus & intelligimus. Affectus enim carnis inimicitia est aduersus Deum inquit Paulus ad Romanos 8. ideo illam quoque Deus destruet eodem teste 1. ad Corinth. 6. cum curis & auaritia sua. Quin etiam illud certo certius est, quod Mundus Hostes Christi dum euersurus sit, & iam igne adornauit, in quo sit. conflagratus est 2. Pet. 3. Ad haec Diabolus quoque ad eternum incendium in inferno condemnauit. Qui ex omnibus inimicis eius deterrimus & capitatis hostis est, qui omnia damna & incommoda ipsius regno infert mendacijs et homicidijs, terroribus, desperationibus, et infidelitate. Hos tres hostes habet, contra ipsum assidue pugnantes, contra quos ille uicissim dimicat, totius regni sui potentiam producendo. Carnem & eius cōcupiscentias uero suo, præterea Sacramētis et spiritu contundit et reprimit. Par i opera Diabolus quoque cū suis ue-

HOMILIAE D. MART. LVT.

nenatis suggestionibus & temptationibus, ad hec
mundi furentem sauitiam compescit.

Verum præter hos adhuc alij supersunt maio-
res hostes, nēpe, Lex, Peccatum, et Mors, per quos
Christiani multo durius affliguntur, & sine quo

**Hostes Chri-
stianorum
maximi.** rum opera siue auxilio priores tres parum ual-
lerent. Vbi enim peccatum & mors non essent,
facile à carne & Diabolo tutus essem. Sed illi
ipſi sunt, qui nobis acerrime incumbunt, tam
per quos alij nos premunt & angunt. Lex enim
uirtus peccati est, tantumq; iram operatur, sicut
Paulus docet, nominans illam syngrapham no-
bis semper aduersantem, & Mosen ministrum
& doctorem mortis, & legem eius legem pec-
cati, nihil aliud facientem, nisi manifestantem
quanta sit malitia hominis, carnis, mundi, &
Diaboli: nam si absq; hac esset, de illo nihil sci-
remus, Sicut Paulus alto loco scribit, Vbi non
est lex, ibi neq; transgressio. Lex autem mani-
festatum peccatum grauat & auget. Deinde ubi
sentitur peccatum, actuum morte secum apportat.

**Mors cur ma-
ximus & no-** Et hi ueri illi hostes sunt, quos hic nominat,
& hoc textu persiringit, Donec posuero ini-
micos tuos scabellum pedum tuorum &c. Cete-
rum mors maximus & nouissimus omnium ho-
stium dicitur, propterea quod reliqui omnes hic
urgeat

IN XV. CAP. I. CORIN. 90

argeant. Et quanquam à ceteris omnibus libi- uiſimus ho-
 berati fuerimus, hæc tamen manet, & captiuos ſtis.
 nos retinet. Nam sepulto homine tum demum
 caro & ſanguis cum ſuis ceſſat concupiſcentijs,
 nec mors hominem amplius impugnare potest.
 Neque enim ullum adulterum aut auarum am-
 plus circumcurſit are uidemus, ſimul atq; mor-
 tuus eſt. Sed neque mundus illum impugnat ul-
 tra, neq; ulla uſpiam falſa doctrina, aut ſpiritus
 fanaticus ſeducit, ino ne Diabolus quidem ipſe.
 Qu' neti. in neque lex neq; peccatum illi ultra fa-
 ceſſit negocium. Et ut ſummatim dicam, omnes
 hoſce inimicos una cum uita adimit, conſolans &
 uſtentans nos Verbo ſuo contra mundum &
 Diabolum, condonatione autem peccatorum con-
 tra legem & iram Dei, uſque dum nobis emi-
 grantur. Itaq; hi hostes tantum in terris ne-
 goциум nobis exhibent, ac ſic tandem cogun-
 tur deſiſtere. Omnibus autem feſſis & fugatis
 ſola mors remanet, inq; ſua potestate nos retri- MORS.
 net, in qua nobis captiuis minendum eſt, neq;
 uitratione emergere poſſumus. Hæc autem no-
 bis contrarelict: eſt conſolatio, ſi credimus no-
 bis eſſe Domini, qui & hunc nouiſimum hostem
 uelit & poſſit abolerē, iſtuſq; laqueos & uincu-
 la diſcerpere: nec dubitandum eſt, cū alios hostes

HOMILIAE D. MART. LVT.

nostros in nobis prosternat ac deprimat, carnem,
Diabolum, mundum, peccatum & legem, ita ut sit
perare nos nequeant, quin a nouissimo hostie nos
quoq; sit liberaturus, alioqui nihil adhuc effici-
set, & omnem priorē frustra sumpsiſſet operam.

Ad hunc modū horum uerborū sensum disce-
re fte intelligere, tibiq; utilem facere, ad fidei tue
consolationem & confirmationem, quo scias hos
sex inimicos a te depellere, & ad Christum uerte-
re, ut qui non nostri, sed Christi hostes sunt ex di-
cuntur, conditionē nostrā nō nimū impugna-
tes. Quod enim ad nos pertinet extra Christum
positos, carni, mundo, atq; Diabolo sponte nostra
dicto audientes obsequimur, parumq; de peccata-
tis, lege ac morte solliciti, toti in castris ipsorum
militamus. At omnes Christi hostes sunt, quorū
ipse uicissim hostis est. Hunc querunt & petunt,
huius regno insidiātur, huic summa ope reluctan-
tur. Et huius nomine nobis etiam infensi sunt, quā
Christo adhaeremus. Cumq; nullā uim ipsi inferre
queant, omnē suam malevolentiam ad nos transfe-
runt, certo deliberatū habentes ipsius regnū labe-
facare atq; euertere. Cū autem odium, quod in
Christum conceperunt, nobis luendum est, sit ut
ipse uicissim nostri curam suscipiat ut membro-
rum suorum, & nos in hostib; suis ulciscatur,

IN XV. CÁP. I. CORIN. 92

Ita ut omnia eò referenda sint, quòd ipse cum prædictis hostibus signa conferat, & primus stet in acie. Nam uero è carnis manibus elapsus est, altius autem ascendit, quam ut à mundo aut Diabolo lo posset contingi, aut comprehendendi, aut ullo de nique dispendio affici. Lex unà cum peccato & morte ipsi quoq; terrorem incusserunt, iam autem ad pedes eius iudicata & damnata iacere co guntur. Et iam fide regnat, inde sinenti dimicatio ne illos hostes in nobis cædens et perimens, usq; ad eum diem, quo uidebimus quomodo mor tem prorsus sit abolitus, ne uestigio quidem re manente, non aliud cogitatur, quam nullam mor tem unquam fuisse. Quemadmodum nunc ita nobis in fide uiuendum esset, tanquam nullum pecatum, nulla lex, nulla caro, & sanguis, nullus mū dus, nullus foret Diabolus, qui nobis nocere possit in Christo uiuentibus, sed lœta & alacris obtinenda conscientia, certi, quòd nihil horum nos superare queat, quanquam satis hostiliter impe tum in nos faciant, terrendo, atq; omnibus modis premendo, siquidem Christus Dominus nos in nobis uicit, & uictoriam obtinuit. Et quemadmodum alios inimicos pro se neci dedit, in nobis autem imbellies & fessos reddidit, & adhuc quotidie oppugnat, ut omnes ipsorum con-

HOMILIAE D. MART. LVT.

tus irritifiant, ita quoque in hoc seculo mortem
in nobis debilitare incipit, quò plus lucri non
consequatur, nisi quòd alteram, eamq; deterio-
rem partem nostri auferat. Hoc est Christi opus
& regimen, quod exercet quotidie, neque alia
de causa ad dexteram Patris collocatus est, sicut
Christianoru
Christianorum ars & sapientia, nosse quid
ma Christianorum ars & sapientia, nosse quid
utilitatis à Christo habeamus, utq; glorian no-
stram, quam Deus Pater in Christo nobis largia-
tus est, intelligere discamus, & hunc thesaurum
magni faciamus. Cuius comparatione mundi
pompam atque iactantiam, cum omnibus q̄s que
prima mortales habent, contemnamus, quibus
oculos nostros perstringit, ac si res præclare fo-
rent, ne nostrum thesaurum ex oculis amitta-
mus aut etiam obliuiscamur. At contrà prudentes
nos esse oportet, ac plane Lyncei oculis præditos,
ut thesaurum nostrum cognoscamus & magnifi-
ce extollamus, ne quid huic ignoremus, quid tan-
dem à Deo nobis datum est, nempe ut Paulus Co-
rinth. 2. memorie prodidit, eiusmodi dona, que
cœlo ac mundo maiora & præstantiora sunt.

Quid enim maius aut magnificentius exco-
gitari aut etiam optari potest, quād Domini
esse non unius ciuitatis aut regionis, siue re-
gna

IN XV. CAP. I. CORIN. 92

gni, sed omnium inimicorum nostrorum, carnis & sanguinis, mundi & Diaboli, quam potentiam nullus unquam Regum aut imperatorum obtinuit? Neque enim quisquam ipsorum adhuc inuentus est, qui uel uni ex malis cogitationibus potuisse resistere, aut tantum efficere, ne quid mundus nobis suis inimicitij, potestarie, atque potentia incommodaret. Quin etiam si mundum cum uniuersa potentia sua à nobis sustinem haberemus, quid tandem opis aut auxiliis nobis ferre possit, quo uel una saltem tentatione Diaboli nos prohiberet, aut illi resistaret & uictum fugaret? At enim Christianus isolus est, qui Diabolum & omnes angelos suos Christianorū potest deuincere, non alia sane uirtute, quam thesaurus. quod in Christum credit. Et hic nisi fallor thesaurus est, cui nihil neque in cœlo neque inter terram comparandum est, & ad quem uniuersus mundus collatus cum sua potentia plus quam nihil est, nec dignus cuius recordemur. Idcirco talia munera in Christo nobis concessa tam leuiter nobis habenda non sunt, sicut mundus & caro nostra estimant, Christum aliter nō intuentes atq; larvā quandam, supra sedētem, & nostrarum rerū nullā curam agētem: neq; nobis ipsi miserī, imbellis, invalidi & calamitosi homines censendi sumus,

HOMILIAE D. MART. LVT.

sed sicut hic textus docet, Domini, qui cum ipso
Carni, Mundo, Peccato, Diabolo dominemur, &
ex dimidio etiam morti, hanc fiduciam & plam
arrogantiam nobis merito arrogantes, nos Chri-
stianos omnibus cæteris creaturis esse maiores et
meliores, non quidem nostra virtute aut precio,
sed donis à Deo nobis per Christū concessis, cui
mundus comparatus nihil est, nec potest, ac
cum omnibus suis regnis & imperijs nihil ha-
bet aliud, atque meram mendicitatem, quam ta-
men moriens deferere cogitur, unaq; cum ea
euangelio.

Ecce sic Paulus Christum prædicare nouit ac
laudare, et magnifice extollere, ut uideamus quid
sit, quid operis faciat, quod eius sit officium, aut que
ipsius regni administratio, quodq; ipsius princi-
patus simus participes, & nostrorum inimico-
rum uictores. Illos enim suos inimicos uocat &
æstimat, non quidem sui sed nostri gratia, quorum
tuendorum curam habet, & nostra inclemmoda
sua reputat, sicut inquit in Zacharia prophecia.
Qui uos tangit, pupillam oculi mei tangit, hoc
est, qui uobis inimicus est, illi quoque inimicus
ero. Quod si illis inimicus est, dubium non est,
quin nos sit erupturnus, & inimicos perditurus:
Iatis enim magna potentia ad id instrutus est.

Itaq; totum ipsius regnum non aliud est , nisi ut nobis labor antibus opem ferat contra peccatum, legem, conscientiam, carnem & sanguinem, mun= dum, Diabolum, cùm primis uero aduersus mor= tem. Nec dicitur propterea Dominus, quòd ei à Christus cur= nobis seruendum sit , aut quòd aliquid accipere uocetur DO= in animo habeat, sed tantum ut nobis seruat, nos MINVS. propugnet, & à calamitate prohibeat, ne quis ho= stium nobis temerè noceat.

Preter hæc ex hoc textu Paulus quoq; argu= mentum colligit ad confirmandum de resurrectio Resurrectio ne mortuorum articulum. Cùm enim mors quoq; probatur. Christi hostis dicatur, & quidē nouissimus, mors ei prorsus admenda est, & illi quos deuorauit ui= usicandi, cuius rei cauſa est, quam hoc loco indi= cauit, ac denuo ex octavo Psalmo citatam re= petit, quòd omnia subiecerit sub pedibus eius. Quòd si cia sub pedibus eius posita sunt, tū cer= tum est morti quoq; sub pedibus eius iacendū es= se, non pro se tantum, sed pro omnibus Christia= nis suis, quorum gratia ad dexteram Patris collo= catus est, ut sint regnum eius. Fecit autem hæc om= na (inquit) non per se ipse, sed Dei patris opus et mandatū fuit, nobis quidem in consolationē, quo= paternum animū & uoluntatē ipsius beneuelan= cōspiceremus, ut eius, qui non tantū hæc facienda

HOMILIAE D. MART. LVT.

mādat, sed q̄ ipse omnia pedibus filij sui subiicit.

Nam cum utrumq; et peccatum et mortem,
eius subdat pedibus, ut inimicos suos et scabellum
pedum faciat, certum est hoc Patri nō displicere,
ut peccatū et mors tollantur, tum quod in animo
non habeat nos iugulare aut damnare, tametsi
peccatores simus, et mortem multifariam prome-
ruerimus, sed perinde ut Christus affectus est, ut
peccatum et mortem à nobis auferat, quo ad per-
petuam iusticiam et uitam perueniamus, ideo e-
nīm Christum in regnum posuit. Atq; hoc pacto
non Christum solum (sicut supra demonstrau-
mus) sed Patrem quoq; per amabiliter et per amit-
te depinxit, et planè pro cuiusq; uoto, ut nobis
ulterius non ut seuerus et iratus iudex intuendus
sit, qua terribili imagine Diabolus et trepidus con-
scientia illū nobis semper spectandū exhibet, sed
ut lenis et mansuetus pater amplectendus, qui cō-
tra oēs istos inimicos nobis uult auxiliari, ideoq;
filiū suum post mortē et passionem eius ad dexte-
ram suam collocauit, et oīa pedibus eius subiecit.

Ideo non est quod ipsum fugias aut expaue-
cas, si in Christum credideris. Cernis n.hic et at-
dis, non aliud esse eius animum et cogitationem,
quam ex omnibus quibus tentaris et premeris, te
cripiendi, et cum Christo super omnia collocandi.

Dei Patris
imago.

Qui

Qui autem talem fidem in Christum non habuerit, eiusmodi cogitatione animo nunquam concipiet, sed semet ad necem usque proprijs operibus excarnificabit, quibus Deum placare cogitat. Siquidem peccatum & mors ingentis molaris instar intolerabilis onere cor illius grauant, ita ut illud nequeat erigere, sed sub onere depresso manere cogitur, nec aliud quam iram Dei sentit, donec cum operibus occupatur, nec ulla laeta cogitatione per omnem vitam animum suum exhilarare potest, nullius auxilio uel consilio recreandus, usque dum in extremam desperationem prolabatur, ac demum ista tam intoleranda sarcina ad mortem deprimatur.

Non aliam fortunam experiuntur omnes illi, qui Deo operibus seruunt, tanquam eius gratia pretio mercanda sit, Quod genus sunt Turcae, Papistæ, Carmelite, & totum illud examen falsorum sanguinum, illi Deum aliter intueri nequeunt, atque minacem & iratum iudicem, non plus facientes quam quod ab illis indesinenter exigat, ac semper supplicium minetur. Nam de Evangelio nihil comperti habent, quod Christum nobis exhibit, docetque in hoc ipsum a patre nobis datum esse, ut Mediator noster foret, ea que de causa ad dexteram patris esse positum, ut omnem iram atque indignationem cum peccato et morte

Operarij
quomodo De
um intuean-
tur.

HOMILIAE D. MART. LVTH.

an nobis auferret. Quapropter per omnē uitam suā lapide molari grauati sunt, hoc est, mala conscientia, nunquam cor potentes attollere ad unitam bonam cogitationem erga Deum concipiendam. Et quo plus semet discruciauerint, ita ut sibi ipsis opem ferant, hoc deterius cum illis agitur. Nam ex se ipsis Christum facere uolūt, quare Deum magis atque magis exasperant, dum sine ius Mediatoris deprecatione ad ipsum ueniant. Ceterum qui fidem habet, et Christum cognoscit, ut cum uirum, qui supra sedet & regnat peccati ac mortis Dominus, ille lapidem molarem à corde suo facile excutiet. Nouit enim Deum amplius peccatis ipsius non irasci, neq; ipsum damnaturū, quippe qui Christum iuxta se posuit, ut illa deleat et extinguat ut hostes Dei, nec iam uidet aliud atque gratiam & uitam ex paterno pectore, uelut ex perenni scaturagine promanare. Itaq; facito ut hunc textum cum primis commendatum habeas, ex quo Regnū Christi probè perdiscas, tibiq; omnem gratiam ac benevolentiam deo pollicearis, ut qui te amicissimo uultu & plus quam bene uolo intuetur, cùm in Christo talia efficiat, et omnibus uerbi sui prædicatione ultrò exhibeat.

Atqui cū dicat quōd omnia sub-
iecta

IN XV. CAP. I. CORIN. 99
lecta sint, palā est, excipiendū cum
qui subiecit illi omnia. Cum autem
subiecta fuerint illi omnia, tūc & ip
se filius subiūciet ei, qui illi subiecit
omnia, ut sit Deus oīa in omnibus.

Hoc loco redit ad propositū, concludens, quod
dixerat fore, ut Christus Patri regnum esset tra= =
diturus, ubi oīa mutabuntur, Fides in clarum aspe= =
ctum, Verbum in ipsam uitam & essentiam, obscur= =
us intellectus in solem splendidiissimum. Vbi om= =
nes inimicos nostros, quorum iniuriam, uim, &
impugnationem iam in terris toleramus, præsto= =
nidebimus, adhuc mortem quoq; abolitam & ex= =
tinctā. Hoc uerbū subinde inculcat, Patrem Chri= =
sto omnia subiecisse, tantum inde colligens, illuna= =
haud dubie exceptum esse, qui ipsi omnia subie= =
cie, quodque ipse filius, cum illi omnia subiece= =
rit, ei quoque subiūcietur. Hæc quidem obscura= =
verba esse apparent, quæ tamen omnia eo, sicut
dixi, tendunt ac refrenda sunt, ut discriminem in= =
ter Dei Patris & Christi regnum statuat, tametsi
in se unum idemque regnum sit. Ideo autem iam
Christi regnum dicitur, quod in eo hic per fidem
uiuimus, nō corporaliter audiētes & uidentes, si
cum mundanū regē corām atq; propalām in suo re-

Regni Chri= =
sti & Dei Pa= =
tris discrimē.

HOMILIAE D. MART. LVT.

gno sedentem uidemus, corona redimitum, ac
pompa & maiestate regia sublimem & conspi-
cum. Nondum enim palam factum est, quid in
Christo Rege nostro habeamus, tum que per
Euangelium, sacramenta & fidem consequemur.

Deinde uero regnum Dei uocabitur, ubi non
amplius in occulto erit, sed coram omnibus crea-
turis reuelatum patebit, et fides cessabit, id quod
dicit, Patri regnum tradere, hoc est, nos & cun-
Etiam Christianitatem Deo patri sistere in perpe-
tuam claritatem & gloriam, ut ipse illam sine om-
ni uelamento regat, Nihilominus tamen Christus
quoq; in suo principatu & maiestate manebit idē
enim Deus est & omnipotens Dominus cum p̄t-
tre. Cum aut iam ita regiet, uerbi sui administra-
tiōe, et sacramentorū dispensatione, ut mēdus m̄-
bil uideat, fit ut Christi regnū uocetur, ipsiq; omni-
ni subiecta sint (illo tamen dēmpto, qui ei omnia
subiecit) donec summus dies illuxerit, quo omnia
tollet, & semet cum uniuerso regno patri subiect
et, ita dicturus: Hic te ius tecū per fidem regnai,
nūc Regni administrationē tibi trado, ut iam ui-
deant me in te, & te in me esse unā cum sancto spi-
ritu in una diuina Maiestate, ut que omnibus a-
pertè in te fruantur, que hactenus crediderunt
& expectauerunt.

Actus

IN XV. CAP. I. CORIN. 96

Actum demum (inquit Paulus) Deus erit omnia in omnibus. Quisq; in Deo habebit omnia, Deus omnia que iam in rebus singulis singulatim habet. Itaq; in omnibus. ubi se Deus reuelarit, & corpore & animo omnium rerū affluentia abundabimus, nec tot rebus ad corporis necessitatē & uitam sustentandā ege-
bimus, nempe parentibus, uictu & amictu, & dibus
& familia, principibus & dominis, sub quorum protectione pacate uiuamus. Deinde in spirituali regimine, parochis & concionatoribus, qui nos Evangelium doceant, sacramenta ministrant, confortatos consolentur, & in negotijs conscientiae nobis consulant. Præterea sole, luna, aëre, igne, aqua, ac elementis ceteris. Et quis earum rerum numerum inire potest, quibus homo tantum ad sustentandum corpus opus habet? In futuro autem seculo omnium harum usus cessabit, nec ullius momenti erit, tantum in Deo habituri, ut nulla coena quamlibet delicate & opipare instructa tam præbitura sit nobis uoluptatis, quantum Deus ipse unico intuitu nos delectabit & afficiet. Itaque semper sanus & ualidus, semper lætus & alacris, nec non sole & luna pulchrior et nitidior permanebis, adeo ut uestes aureæ atq; pureæ quas reges et Cæsares ferre solent, pro luto & stercore ducentæ sint, si cū uno aspectu, quo

HOMILIAE D. MART. LVT.

Deus nos illustrabit, comparat & fuerint. His accedit, quod neq; defensoribus, aut ullo magistratu, non opibus, non pecunia, non ulla re familiari aut sup collectile egebimus, sed omnia haec in ipso affectum habebimus. Quibus addentur etiam spiritus alia bona, perpetua iusticia, consolatio, & laetitia conscientiae, qua munera nemo nos terrebit amplius, nec ullo errore seducet, aut inquietos reddet. Atq; ut uno fascie cuncta complectar, quicquid sum illud ab omnibus creaturis nobis mendicandum est in hoc seculo, quamquam ea omnia ab illo quoq; descendant & tribuantur, ille unus omnium horum nobis instar erit, nulla unq; in opia laboraturis.

Deus quo sit
nos nutritus in altera
uita.
Sed hoc mundus non intelligit, neq; crassi illi homines, qui in huius uitae caris et cogitationibus uersantur, sicut consueverunt, cogitantes uenire edendum & bibendum esse, & corpori habenda necessaria, si uiuendum illi est. Illud nullo intellectu possunt apprehendere, Deum uno intuitu me lius posse nutrire & alere, quam exquisitissimae quasq; epulas, cum ipse ille sit, qui pane uitam sustinet & largiatur, cumq; in carnem & sanguinem, medullam & ossa commutet &c. Ian si hoc pane & uino potest, quae tamen per se uitam non habent, quid non per se ipse possit efficere, qui Dominus est & omnium creaturarum conditor? Quid omnis

omnis cibus corporis & alimenta efficerent, si non suo herbo ille nos sustentaret, sicut Christus ex Mose Deuter. 8. testatur. Nam si alendo corpori tantum panis & uinum forent necessaria, diu durare non posset. Corpus enim ante uiuere debet ac sanum esse & ualidum, calorem habere ac uintib[us] concouendi, alioqui nihil prodest omnibus horis illud pane replere & potu omnifariā faciasse. Sicut illud clare uideamus in homine ægrotante, qui nequit cibum digerere, immo in omnibus mortalibus. Alioqui dites & opulentii proceres hanc dubie tantum panis sibi pararent, ut perpetuo uiuerent, nec quisquam aliquid præ illis posset consequi.

Cum igitur aperte uideamus, corporalem cibum & potum id præstare non posse, Deo id non agente ut corpus alatur & uiuat, quid in illo secundum futurum erit, ubi Deus semet manifestauerit? ibi Vite futura dignitas. sane nec panem nec uinum requiremus, nec pharacopolas nec medicinas desideraturi, sed Dei intuitu et aspectu contenti erimus, qui totum corporis nitidum, sanum & ualidum faciet, atque ita leue & agile, ut instar scintillæ in sublirni feramur, ueluti sol sub caelo cursitabimus, ita ut uno momento uel hic in terris infra, uel in caelis supra sumus. Illud facile credam, longe pulchiora & amores

HOMILIAE D. MART. LVT.

niora futura esse omnia, nimirum aquas, arbores,
gramina, & omnino nouam terram fore, ut Per-
trus inquit, aspectu delectabilem. Verum corpus
& animam Deus solus sustentabit, ut qui solus ca-
rit oīa in omnibus, cuius aspectus plus uite, gau-
dij & uoluptatis præbebit, quam omnes creatu-
re possunt. Itaq; expertus ipse testaberis, te non
unicum momentum in cælo cum totius mundi di-
uitijs & uoluptatibus permutare uelle, uel mille
atq; iterum mille annos durantibus.

Quapropter sicut dixi, prædicādi officiū ces-
sabit, ac mundanus principatus interibit, et in sum-
ma, nullum officiū aut status ultradurabit. Perso-
nis uiro & mulieri manendū est, & uniuerso hu-
mano generi, sicut creatū est: nihil autem earum
rerum, quæ ad hanc uitā sunt necessarie, sed quis-
que perfectus homo erit, omnia ipse in Dco habi-
turus, nec aut parentibus, aut dominis, aut scrulis,
non uictu non uestimentis & similibus egebit.

Iam ipse apud animum tuum consydera, quid
omnium libentissime habere, & potissimum op-
tare uelis. Vis libenter abundare opibus, habere
exquisitorum ciborum paratam copiam, frui lon-
gauita, sano corpore, splendidis uestimentis esse
amicum, habitare in superbis ædibus, perpetuo
gaudio et uoluptatibus deliciari, adhac perfectissi-

sima sapientia, et omnium rerum cognitione, atque intellectu esse præditum, aut principatu et dominio esse sublimem et conspiciendum, tum hoc confer oculos, ubi harum rerum omnium copiam cōsequeris. Eleganter et preciosius te conuestire statuit, quam ullus unquam Cæsarum ornatus fuit, immo splendidius quam sol et margarite esse consueuerunt. Si dominum agere concupisces, plura quam optare audes tibi dare paratus est. Cupis esse perspicacibus oculis, ut ò̄sūTEgoy
 Ελέμενον λογοτέχνης, et audire acutissime, adeo ut muros quoque et parietes ipsa oculorum acie penetres, tamq; leui esse pondere, ut cum diabolis quod animo præuolaras, aut hic infra interioris, aut supra in nubibus, haec omnia tibi optanti contingent. Præterea quicquid aliud animo exceptare potes, et habere quod ad animum aut corporis pertinet, haec oīa affatim tibi suppeditabuntur, si illum habueris. Pro se enim nec pane nec vino, nec seruis nec ancillis, nec ædibus nec familiis, nec auro nec argento, nec Principe nec prædicatore eget, sed in se ipso haec affatim habet in sempiternum omnia. Viuit enim in se et per se ipsum. Cur igitur non idē quoq; in nobis faceret, ut oīa in ipso et per ipsum habere possemus? ut aequum minus creaturis egeamus, ut ipse nullius egēs est.

HOMILIAE D. MAR. LVT.

Et quemadmodum ipse creature intuendo delectationem & uoluptatem cum singulari gaudio capit, ita neque nos creaturis ultra opus habebimus, nisi quod illarum aspectu gaudentes delectabimur, cum nouum coelum ac terram intuebimur, Deum propter ea laudando & amando, Verum in ipso solo omnium rerum affluentiam habebimus.

Hoc autem solis Christianis dictio uolo, quibus haec credenda sunt, & futura ac melior uita expectanda. Nam cetera turba & sex popularis, harum rerum nihil credit, neque enim digni sunt (cum sint uerbi diuini contemptores) ut hac cognoscatur. Et Deus hoc horrēdo supplicio eos afficit, ut stulticia & uercordia excæcati Euāgelium non recipiant, & iam ipsius ira in eos excanduit. Haec enim uehementissima & maxime formidanda ira est, ubi Deus suam gratiam diuini uerbi libēter audiendi hominibus substrabit: nec possumus maiorem plagam talibus imprecari. Idcirco miseri quoq; faciendi sunt, quando ad meliorem frugem perduci non possunt, & Dei iudicio commendandi. Iam enim ea execratiōe percussi sunt, ut maiori ab omnibus hominibus uerberari nequeant, Et cum Deum audire grauentur, neque illum etiam habere debent, sed in inferno Diaboli patet.

Ira Dei maxi
me formidan
da quæ:

IN XV. CAP. I. CORIN. 99

li participes sine fine esse cogentur, omnes dolores, acerbitates & cruciatus experturi, & flam- Impiorum cō mis inextinguilibus arsuri, & ne guttulam qui ditio futura. dem aquæ habituri, qua uel momento se recreat possint. Adhæc nullam lucem uisuri, sed in te- uebris plus q̄ Cimmerij cū Deo tum donis gra- tie ipsius spoliati uersabūtur, quæ beati habeunt, cum omnibus illisquæ in terris habuerunt. Quod etiam in hac uita illis accidit: nullus enim ipso- rum suis rebus cum gaudio frutur: sed inuiti de- num diuitias partas ingratis etiam hæredibus post se relinquere coguntur. Longe autem ma- iori rerum inopia prementur apud inferos, De- um & omnia eius dona ignoraturi. Quibus ergo maioribus plagis & calamitatibus possint affici. Est autem ferè communis in mundo calamitas tam nobilium quam ignobilium, sublimium et in- sumorum statuum, ut ferè passim Verbum Dei, & quicquid uspiam de futura uita dictum fuerit, con- temptim subsannetur, et cum summa insectatione derideatur. Quare uidemus paratum supplici- um, & ignem tartareum tam incensum, & ad ip- sorum cruciatum flagrantem.

Proinde age precor ut ista exempla nobis ad monitioni sint & terrori, ad confirmandam fī- dem nostram, ut aliam uitam animo & cogitatiōe

HOMILIAE D. MART. LVTH.

complectamur: præsertim cum tanta felicitas,
tantaq; bona, quæ fando nulla lingua profari pos-
sit, post hanc miseram & caducam uitam expe-
ctanda sint, ubi Deus omnia nobis dare constituit,
& ipse esse quæcunq; optare poterimus. Hoc e-
nim uerbum eius est & promissio, quibus conso-
latoriè nos monet & prouocat, ne rebus tempo-
rarijs nimium seruiamus, quas hic consequi & iie-
rum perdere possumus, sed potius futura & pro-
missa magni faciamus, quæ mundus habet despica-
tui, ac uicijs ea contemnamus, quæ mundus ha-
bet in precio, siue opes, seu pecunia, seu hono-
res, seu dignitates, seu potestas fuerit, ita istos con-
teptores alloquentes: Iam quidem o boni uiri or-
pibus abunde instructi estis, quarum fiducia ita ar-
rogantes estis & turgidi, dum noctuq; per græcan-
tes. Sane uero gerite morem animo uestro, et ni-
tam (quod aiunt) musicam uiuite, huiusmodi por-
cis tales conueniunt filiæ, Coram Deo equidem
nihil habetis, à quo contempti & reiecti estis. Ego
quidem in præsentiarum uestram pecuniam ac
potestatem non habeo, uerum scio & expecto di-
ud multo præstantius, de quo uos nihil explora-
tum habetis, quomodo Deus mihi promiserit, se-
è terris & sepulchro me in lucem reducem factu-
rum, & sole pulchrius exornaturum, ubi in omni
uerum

rerum affluentia uicturus sum. Hac ego fiducia su
perbiam, non ægre tibi concedens interim, ut ter
renarū rerū copia inflatus cristas erigas, & fastu
tumescas, quæ tibi cras aut ad summū postridie re
linquendæ sunt, & prorsus hinc nudo emigrandū.

Ecce ita animus nobis consolatione roboran=
dus & muniendus est, cōtra mundi incredulitatē
& securitatē, quibus infirmis magno sunt offendī
cūlo:ne et nos èo uertamus oculos, sed unū illud se
culo agitantes, quid ille dicat et promittat, Tantū
in Christum filium meum crede, & ego te è fauē
bus mortis eripiā, in qua mundo perpetuo manē=
dum est. Dabo insuper tibi oīa, quæcunq; animus
tuus concupuerit, teq; ita ornabo, ut omnū stellæ
rum nitorem tuo splendore exuperes, ubi illis in
perpetuis tenebris et squalore ac fœtore nō dicē
de poenæ luēdæ sunt. Et h.ec meliora et chariora
existima, uidens mundum rerum suarum fiducia
inflari, & multo impensis uerbum Dei contem=
nere, quam nos thesaurum nostrum magnificere.
Etenim nos quoque adhuc in carne & sanguine
uersamur, ideo nos ipsos penitus relinque=br/>re non possumus, ac tantummodo in perpetuum
& immortalem thesaurum nostrum in Deo no=br/>bis repositum confidere, ut illi hunc contemnunt,
& suarum diuitiarum fiducia ferocius agunt,

HOMILIAE D. MART. LVT.

Attamen hoc subinde exercendum est, & in anni
mū nobis implantandum, ut ei adhærescamus, nec
prorsus decidamus, aut etiam contemnamus, sicut
mundus facere solet.

Deo nihil nobis obtinenda est, in qua Deus ipse Noster, &
præstantius omnia in nobis futurus erit. Nam propone tibi
optari potest omnia quorum desyderio teneris, nec tamen quic
quam melius aut charius optandū inuenies, quam
ut Deum ipsum possideas, qui est uita & inexha
sta abyssus omnī bonorum & gaudiorum. Iam
uero oīm rerū uita est nobilissima, et præstatiſia
ma, & cunctus mūdus nihil perinde atq; mortem
exhorrescit, nec quicq; ardenteribus uotis quam
uitam desyderat. Hunc thesaurū in illo abundan
tissime et sine fine habebimus. Cælum si uolueris,
non nisi Attica talentatibi pluet, et Albis precio
fissimas quasq; margaritas & uniones uehet, Ter
ra omnem amœnitatem proferet, ita ut si iusseris
arborem argentea folia & aureos fructus profer
re, proferet: tum gramen in campus smaragdorū
& aliorum nobilium lapillorū instar uirebit atq;
lucebit. Atq; ut in pauca conserant, quacunq; in
re animus uoluptatem ac delectationem querita
bit, uoto ac desyderio suo potietur. Nam ubi Dee
us est, ibi oīa bona cū ipso esse, quacunq; optari
possunt necesse est. Aliorū

Alioqui quid faciunt ij, qui bapti-
zantur super mortuis? Si omnino
mortui non resurgunt, cur & bapti-
zantur super illis? Quid & nos pe-
nicitamur omni tempore?

Hactenus firmissimis argumentis hunc arti-
culum confirmauit, nunc paulisper Corinthios su-
os obiurgat & reprehendit, id quod prædico-
ris requirit officium, ut partim doceat, partim ad
uersantes & rebelles obuerget: ad hunc modum
uolens dicere: Vos perditi ac desperati Pseudo a=
postoli & Ethnici, hoccine animo estis prædicti, ut
non credatis nos resurrecturos esse, sicut Chri=
stus surrexit? Quid ergo facitis, sinentes uos
baptizari super mortuis? Quid utilitatis uobis
baptismus affert, si aliam uitam non speratis?
Sicut supra dixit, si mortui non resurgunt, iniuri-
us est prædicatio nostra, & superuacanca fides
uestra. Nam si alia uita expectanda non est, quor=
um opus aliquid concionari, aut aliquem publi-
cis concionibus interesse? Eadem opera Verbi
diuini tractationem omnino à se amoueret, ut ca=
teri faciunt, qui nihil in uniuersum credūt. Ita nec
baptismi ullus usus foret, si nulla fuerit resurrec=
tio. Siquidem nō est quodd ideo quisquam se bapti-

HOMILIAE D. MART. LVT.

Zandum curet, ut inde uictum sibi comparet, aut
horrea compleat frumento. Ac uerum est, qui
tantummodo ista sectatur, ille nihil horum eget,
potestq; facile sine Verbo Dei & Baptismo uiue-
re, in qua nō opinionem id ætatis & nobiles uene-
runt & rustici, etiam Thrasonice iactare auden-
tes, sibi nullius prædicatoris opera opus esse, uen-
tintq; multo libentius Verbo Dei in totum libera-
Resurrectio- ti esse, ne obolo quidem omnes prædications e-
nis cōtempno mentes. Eius autem rei cauſa est, quod peculiare
res.
Deum habeant, in quem credunt, nempe Plutum,
hic ipsorum uita et regnum cœleste totus est. Ideo
fieri non potest, ut tales Verbum diuinum pati-
entibus auribus & libetibus audiant, aut futuram
uitam admodum requirant. Nam ego ipse quoq;
sim illa fide essem (quod omen auertat omni-
potens Deus) quod mihi ut boui moriendum
esset, nec Baptismum nec Sacramentum accipa-
re, nec ullam concionem amplius uisitare uelim.
Ideo illis hoc uitio uertendum non est, cum fu-
turæ uitæ rationem habeant nullam, quod &
Baptismum & prædicationem nihil pendant,
ac debito honore cum parochos tūm predicato-
res defraudent, Nam sicut credunt, ita uiuunt.
Sunt & manent sues, credunt sicut sues, & sicut
sues moriuntur.

Idco

Ideo Paulus inquit, nimium sanè desipitis ô Corinthijs, si hunc articulum pro nihil ducenter nos baptizari finitis. Hoc enim articulo negato & abrogato, Deus cum suo Baptismo & Christianismo, ubi libuerit, maneat, deq; illo qui uelit, aliquid sentiat. Nam qui ita credit, ille non credit, quod Deus sit, qui ē morte nos possit eripere, quodque post hanc uitam uel ictum oculis fit habiturus, nec opus habet ullo uerbo aut predicatorē, nisi carnifice, quem ipsius prædicatorem & Deum esse oportet, prohibentem ne porcus porcum dilaniat ac deuoret: atq; eo mortuo, cadauer efferat, inq; publicas cloacas abijectat, aut infissam, ubi cadaveribus pelles detrahit, sepeliat. Tandem probe experientur, quid deriserint atq; contempserint, ubi nos iterum disparibus oculis afficiant, id tū consecutos quod iā credimus et exceptamus. Ipsi autē nihil aliud faciēt q̄ clamabūt et euilabūt, cuius tamē nullū emolumentū sentient. Sicut diues ille commēssator Lucæ cap. 16. etiā nolēbat credere, cū præfōribus ipsius taceret Lazarus, usq; dū re ipsa fidē experiretur in flāmis di scritiatus, uideretq; Lazarū in sinu Abrae omnibus malis pfunctū, iam requie et perpetuo gaudio frui, iāq; oēs suas diuitias pro unicā gutta frigidā aque libōter dedisset, neq; tamē cōpos uoti fiebat.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Ita diuus Paulus his uerbis crassos illos doctores obiurgat, qui hunc articulum porcino suo intellectu contemnebant, & tamen interim nihil secus Christiani perhiberi studebant. Nemo enim Christianorum ita uecors & amans est, qui non idē nosset, quod isti subsannatores artē esse ducebāt, dicebātq; Credis ne uerum esse quod sacrificiū prædicant, nos omnes denuo uiuiscatos resurrecturos esse, ubi sepulti & in cinerem redacti fuerimus? Aut sicut nostri porci Saxonici dicunt: Pastas ne huic socio adhuc inesse alium? Illud enim acutum intellectum non requirit, sed plane ars est ex hara porcorum profecta, quam etiā plumbea & crassiſima ingenia probe callent. Fuit autem pudendum facinus, Corinthios quoq; id ausos fuisse dicere, qui baptizari se sinebant, & Christiani perhiberi uolebant, ex quo non indigni fuissent, ut acerbius & inclementius eos tractassent, nisi quod hanc Epistolam ad Pseudoapostolos et perditos homines non scripsit, apud quos inutilis est omnis admonitio & obiurgatio, sed ihs qui non indurati fuerant, quiq; adhuc cōuerti potuerant.

Baptismus cōfirmat resurrectionem. Quocirca suo ipsorum facto eos conuincere nititur, quod hunc articulum recte abnegare nequeant, qui se ipsos baptizandos current. Neque enim ista duo inter se contrariunt, baptismum aliud cuius

IN XV. CAP. I. CORIN.

109

natus momēti esse debere, et futuram uitam pro nū
bilo ducere: Alioqui non nisi stulti semet baptiza
nū sinerent, non intelligentes quid facerent, cum
nullus porcus, ut Christianos taceam, ita ruditis sit,
qui nō intelligat, baptisum nulli rei esse utilem,
si resurrectio mortuorum nulla est. Verum enim
vero hoc argumentum, quamvis plane Achille
ut esse constet, tamen apud istos derisorcs nihil
concludit. Mox enim dicent, Cur faciunt? stulti
sunt Porro apud nos Christianos & credentes.
Quorum officium est ut alter alteri bonum exem
plum fidei, & illius testimonii exhibeat, per Bat
tisnum & Sacramentum, & Verbi Dei auditio
nem atq; preicationem, hæc confirmatio ut omni
um fortissima locum habere debet, cum Christiani
se baptizari sinant, certo sequi, hunc articulum
verum esse. Neq; enim credendum est, atq; adeo
fieri non potest, tot eximios homines Christia
nos stultos & amentes esse, qui haud dubie tanta
eruditione & prudentia exculti fuerunt, ad quā
nostrī porci nunquam aspirare ausi sunt, ut mit
tan quod maiori & altiori intellectu præediti fue
rint. Iam si te mouet, quod immundissimus porcus
grunnit, cur non multo impensius id te afficit.
quod tibi Christianus, ut angelus Dei, dicit?
Sed inquis, atqui illorum multi sunt? Quid

HOMILIAE D. MART. LVT.

Multitudo.

hoc ad te attinet? etiam si illorum adhuc plures
essent, tamen nihil aliud quam porci sunt. Ideo
multo diligentius eò tibi resipiciendum est, quam
pij, quam docti, quam intelligentes illi sint, cum
maximum discrimen offendes inter Christianum
et tales porcos, qui nihil credunt. Christianus e-
nim tanta uerborum persuasione et certitudine
de Deo et eius Verbo atque operibus loqui nouit,
ut impossibile sit falsum esse quod afferit. Illi autem
aliud nihil afferre in medium norunt, nisi quod
quaevis sus intelligit, nihil secus in rebus sublimi-
bus iudicium sibi arrogant, ac Christianos doce-
re et reprehendere conantur, qui uno in ditione
plus intelligentie continent, quam illi in toto cor-
pore. Ideo recte et apte sic cocludit: Omnes Chri-
stiani semet baptizari sinunt, ideo post hanc ui-
tam alia futura est. Nam Baptismus et Sacramen-
tum huic uite nihil conferunt. Quapropter si ex-
tra hanc uitam alia futura non esset, facile Baptis-
mo et alijs rebus supersederemus, nihil enim inde
numorum consequeris, sed liberationem ex mor-
te, peccatis, et omnibus calamitatibus, et dona
tionem immortalis uite. Et hoc est illud κεράτιον
atque unio et margarita illa preiosa, cuius men-
tionem Christus Mat. cap. 13. facit, quam reper-
tam mercator emit, ut illam possidat.

Cate-

Ceterum ad Baptismum addit hanc particula
lam Pro mortuis, quod hactenus perinde ut in La-
tina lingua sonat expositum est, quasi pro mortuis pro mortuis.
Baptizari
is se baptizari siuissent, hoc est, pro incredulis
gentibus: atq; ita bis baptizati essent, semel
pro se, altero modo pro suis. Sed haec expositio
est erronea. Ita enim Act. 2. diuus Pet. inquit, Ba-
ptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Chri-
sti. Nec ualeat ut aliis pro alio se baptizandum
curet, sicut quisq; pro se delictorum poenitenti-
amagere debet, ac credere, & fidem confiteri
v. Idcirco horum uerborum cum sensum te-
neo, quem antiqui Græcorum scriptores secuti-
sunt, & ego scholijs in margine annotaui, nimi-
num cum hic de resurrectione articulus tempore
sancti Pauli nouiter plantatus esset, ac gentibus
ante fuerat inauditus & incognitus, etiam sapien-
tissimis quibusq; in Græcia insolitus. Quanquam
eo uenerant, quid suspicabantur animam post
mortem corporis uiuere, neq; tamen certis argu-
mentis illud confirmare norant. Quod autem ho-
mo iterum resurrecturus esset, ac corpus & an-
ima iterum conuentura, ignorabant planissime.
Ideo sub initio illis graue erat A postolorum pre-
dicationi credere, et illis q; credebât multa subsan-
natio ferenda erat. Itaq; ad hunc articulum penes

HOMILIAE D. MART. LVT.

homines confirmandum, apud demortuorum se pulchra se baptizari sinebant, ad significandum, & testandum, quod constantissime crederent, mortuos qui ibi sepulti iacerent, & super quibus se baptizari sinerent, resurrecturos esse. Idq; ita pro certo tenerent, tanquam digito indicarent. Sicut nos quoq; baptismū propalām in coemeterio aut apud sepulturam exercere possemus. Vnde memorie proditum legimus, Ecclesiam Aquileianam hunc articulum in symbolo Apostolorum its pronunciare, Credo huius carnis resurrectionē, haud dubie non ob aliud, nisi quod hunc articulū clare & proprie doceat, & confiteatur contra Pseudoapostolos.

Hunc morem baptizandi Apostoli & Patres obtinuerunt, ut hunc articulum uerbis & signis populo inculcarent, cum adhuc nouus esset. Sicuti iunioribus & crassis hominibus, doctrina ceteronimis & externis quibusdam operibus inculcanda & tradenda est, ut manibus palpare queant, & hoc minus de ea in dubium ueniant. Alioqui enim facile obliuioni traditur, & cito è corde auferitur. Ita quoq; hoc loco homines apud demortuū sepulchra baptizauerunt, re ipsa innuere & id dicere uolentes: hic me baptizari sino in te simonium, quod firmiter credam, eos mortuos qui

qui hic terra obruti iacent, omnes simul resurre= Eadem hæc
cturos esse, ne quis in eam cogitatione ueniat, re= caro resur=
surrectionem mortuorum tantum spectrum esse, aut alia noua corpora esse resurrectura, à Deo deinceps creata, sed idem ille Petrus ac Paulus, get.
Ec. qui mortuus & hic sepultus est. Et sicut fides nostra loquitur, eadem hæc caro, que iam stat & turbulat, aut mortua humatur. Quemadmodum idem Christus, qui natus ex Maria uirgine cruci affixus est, ueraciter resurrexit, et nullus aliis, in cuius rei certitudinem discipulis suis cicatrices & uestigium clauorum uidenda exhibuit.

Vides itaq; his omnibus id unum agi, ut hic articulus fidei penes nos certus conseruetur. Hoc enim subuerso & amoto, omnes cæteri nihil proderunt & ualebūt: cùm propter resurrectionem & futuram uitam omnia facta sint, Christus ipse uenerit, & regnum suum instituerit. Proinde si fundatum & causa ac finis omnium articulorum subuersa corruerint, fieri non potest ut nō etiam omnia cætera eodem motu labefactata concidant. Itaq; ipsa necessitas requirit sumam huius articuli tractationem, quo populo diligenter inculcetur & roboretur, sicut baptismu Patres fecerunt, & non alijs & consimilibus signis idem facimus, ut cum funera honestis & religiosis exe

HOMILIAE D. M.A.R.T. LVT.

Funerale
nesta

quijs efferimus, cantando aut precando sequentes, in signum & confessionem fidei, quod illi ipsi mortui nobiscum in supremo die sint resurrecti: nec alia habituri corpora, nisi quod illustranda & glorificanda sint.

Ea de causa diuus Paulus omnibus his uerbis eò nuditur, ut futurae resurrectionis certissimus, ut ferè præ animi impatientia in hanc uocem erumpat: si hic articulus pro nihilo ducendus est, eadem opera officio prædicandi & baptisandi supersedebimus, toto Christianismo posthabito. Nā quo spectat illum sectari, cuius gratia Diabolus ac mūdus nobis est infensissimus? Quorsum attinet inanem operam sumere, ac semper insidiosissimis periculis subiectos esse, in quibus iam nobis uersantur nullus enim mortalium in terris sic amēt. Quesamus est, qui sine causa semet ineuitabilibus periculis libenter obiectare uelit, & nihil quam frustra pati, & ultro sibi mala accersere. Constat quidem pro certo inter gentes fuisse non

Gentium fortitudino, nullos, qui magnos labores et pericula subierunt, ac de uita & corpore saepe periclitati sunt, sed certum fructum & utilitatē non modicā inde cōsequuti sunt, in præclara quoq; apud mūdum existimatione habiti, & laude celebrati, ac semper causas habuerunt aliquid præclare perpetrandi.

di. Sicut milites quoque & Hectores illi, qui
bus sanguis uenatis est, ultro se in pericula con-
sciunt, ut rem & famam armis belli sibi compa-
rent. Et in summa, qui memorabile & peri-
culosum facinus audet aggredi, ille haud dubie
pro magnitudine periculi magnum etiam pre-
mium sibi nouit propositum quod expectat, cu-
ius gratia id facit. Iam Christiani adeo soli sunt
illi, quibus omnia pericula & incommoda hic
in terris suffrenda sunt, nec tamen quicquam ha-
bent, quam obrem ad ista moueantur: neq; enim in
de aut opes aut numos, nec dignitates nec gra-
tiam consequimur, sed potius contraria, nempe
egestatem, ærumrias, calamitates, cõtemptum, mi-
niciias. Ad hæc, ab omnibus contemnimus, diris
deuouemur, exilio multatamur, denuque crudeli-
exitio passim absumimur. Ex hoc satis liquet, in-
sanos esse oportere, si nihil aliud queritarent,
quam damna & contumeliam, ut quibus uolup-
tati esset, in hominum esse odio, & multis modis
iniurijs ac plagijs affici. Certum est enim gentes
quoque dixisse, Frustraniti, & nihil nisi odium
querere, extreme dementia est.

Cum itaq; nos aliud expectandum non habeas-
mus, sed nobis hec uita cum oib; rebus in perpe-
tuum & libere relinquenda sit, ita ut nostra uita &

Christianorū
uita coram
mundo, fru-
straniti.

HOMILIAE D. MART. LVI.

conuersatio coram mundo proprio frustranitii di-
catur, & nequicquam erumnas lucrifacere, ac
nullum ob premium omnibus aduersari, tum onta-
nes ex aequo cum principes tum doctos & san-
ctos, seu ciues sunt, seu rustici, diuino uerbo repre-
hendimus, & nemini quicquam ad gratiam loqui-
mur, qua re merito in omniū odium incurrimus,
equidem necesse est aliud scire nos, in quo spem
nostram fixam habeamus, quodq; huius mundi di-
uitijs, honoribus, fauori & gracie ut melius atq;
præstantius anteponamus. Alioqui enim tanta ue-
sanja minime sureremus, quod non malimus poti-
us silentium agere, & mundum amicum habere,
dies tranquillos & letos traducere, & ita uiuere
ut mundus solet. Hec autem omnia contemnentes
& posthabentes, abunde declaramus nostram
spem hic in terris nusquam fixam esse, sed aliam
uitam spectare, parum curates quod mundus nos
derideat ac stultos iudicet, aut quod condemnet
nos & pessundet, cum ipsi uiciissim queamus dice-
re, nobis probe compertum esse, si Christiani esse
uoluerimus, nos cum mundo concordes esse non
posse. Ideo n. regenerationis lauacro loti sumus,
& Christum prædicamus, ut Diabolum exaspera-
mus, & omnium hominum inimicitias incurramus.
Hoc, inquam, quæsuimus, nec alia de causa
hoc

hoc coeptum est. Quod si mundo seruire uoluisse
mus, aliud principium quæsissimus. Verum om-
nia ideo sunt, ut Christus collaudetur, eaq; in a-
pertum profrantur, uel uniuerso mundo inspe-
cante, quæ in ipso habituri simus, ubi iam mun-
dus cum omni sua pompa, cum omnibus diuitijs,
dignitatibus, honoribus, gratia in nihilum reda-
ctus fuerit. Nos autem eiusmodi thesaurum conse-
quemur, quem nullus dominorum aut regum con-
tinget, nec ullus mortalium quicquam de eo cog-
noscat, nisi nostræ sentencie accesserit, eumq;
animum sumat, ut alacri uultu mundum cum su-
is rebus possit contemnere, deq; omnibus semel
periclitari.

Et hoc est quod dicit, Quare & nos periclitam-
ur omni tempore? Quanquam hoc peculiariter
de Apostolis dicat (sicut idem mox de se declarat)
nec omnibus Christianis usu uenit, sicut Paulo &
alij Apostolis atq; prædicatoribus, tamen ita sc= Christianorū
re ceteris quoque Christianis solet accidere, ut cū
Christianum confitentur & recte uiuunt, in mundo o-
dium & inimicitiias ueniant, ac persequitionē pa-
tiatur, sicut prædicatoribus accidit, nec nobis me-
liora expectanda sunt. Hoc commune & exter-
num est omnium Christianorum periculum, nec commune pe-
llum discriminū subest. Attamen Paulus, sicut dis- riculum.

HOMILIAE D. MART. LVT.

xi, de singulari periculo loquitur, quod ipsi &
alijs Apostolis preter commune obiection est,
quodq; omni tempore officium prædicandi co-
mitatur. Sicut alibi i.ad Corinth. 4. indicat: Arbi-
tror enim quod Deus nos qui sumus Apostoli po-
stremi, ostenderit tanquam morti addictos. Illis e-
num non externa tatum pericula persequutionis,
captiuitatis & similium ferenda sunt, sed Diabo-
lus quoq; qui ipsos undiq; remoratur, diu noctuq;
infstat, ita ut semper in periculis mortis & angu-
stii uersari cogantur: nec aliter animati sunt, q
quod hoc momento ipsis sit moriendum. Illi enon-
tunt quibus semper in acte inter principia standu-
est, quibusq; omnes alij propugnandi sunt, & om-
nia tela Diaboli excipienda & depellenda.

Proinde inquit: Quamobrem uero nos ultro
in maxima queq; & incutabilia pericula ultro
conuiceremus, ut de uita nunquam securi essemus
nec ullo gaudio frueremur? Certe id non honoris
consequendi gratia facio, multo minus ob gratia
aut amicitiam consequendam: nec aliud efficio, q
quod mundus & Diabolus longe acerbissime mi-
hi infensi sint, meq; ad mortem usq; persequan-
tur. Cur autem sine caussa gladiis, cuspидibus, &
bombardis Diaboli me committerem, ubi omnes
in me unum collimant, ut me apprehendant? Si-
cuit

tut baud dubie diuus Paulus multos & difficiles
impetus persæpe pertulit, quibus sensit non alium
sibi suisse animum, atque illi cui per intentas ex
utroq; latere cuspides cursitandum est, ubi ex o-
mni parte stant, qui currentem puctum ac casum
petunt. Quis autem hoc uelit facere, ut ibi staret
ac prædicaret, ubi uideret mere insructas bom-
bardas in se tendi ac inflammari? Putasne me cen-
tum millium aureorum precio inductum, talem
concionem facere uelle? At qui hic multo grauius
est & crudelius, ubi Diabolus omnē suam tartare
ampharetram semel in Apostolum effudit, cuius
tela quotidie ei excipienda fuerunt, sicut illud 2.
ad Corint. u. satis intelligendum exhibit, nihilox-
secus tamen firmus & constans in suo officio per-
mansit, nec ullum periculum aut malum ita ardu-
um estimauit, quare ab officio suo discederet.
Quis autem hæc omnia indefinenter expectare
uelit, si huius articuli non ita certus esset ut uitæ
tuæ? Ego quidem pro me dico, si scirem non plus
quam honores & opes nobis esse propositum,
possemq; docendo in triplo plus quam totius mun-
di diuitias lucrari, tantum efficere non posset, ut
nuncam concionem haberem, malimque terram
mibi potius dehiscere, quam eiusmodi pericula
expectare. Sed aliud nobis propositum est,

HOMILIAE D. MART. LVT.

atq; quod querimus aut consequi possumus, quod nobis ærumnas & miserias atq; exhaustas calamitates affatim pensabit, cuius comparatione omnes passiones nostræ nihil pendendæ sunt, sicut Paulus ad Rom. 8. docet. Hic quidem edere & habere possumus, & ea accipere, quorum consequēdorū copiam nobis concedit, quanquam mundus nobis diffauat, uerum ideo Christiani esse nouimus, nec credere, sed aliquid sublunius atque præstantius expectare, nempe thesaurum ineffabilem atq; perpetuum.

In dies morior, per nostram glorificationem, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.

His uerbis explicat cuiusmodi pericula pueret, & ad se refert, rerum suarum statum confitens. Scribit autē unico uerbo historiam uite sue, de qua mundus nihil prorsus nouit aut intelligit. Neq; enim plus nouit, nisi quantum fando percipit, ipsum & alios Apostolos mortuos excitasse, & alia signa edidisse, & si qua sunt alia opera que uidere potest, & multū splendoris obtinent. Hoc autem nemo intellexit, nisi qui sensit, & ad hoc à nemine intelligitur, nisi qui senserit & expertus fuerit. Ideo neq; in presentiarum de illo multa

multa uerba facienda sunt.

Addit autem his uerbis iuramentum (per gloriam Pauli iuramentum. rationem nostram inquiens) quod insurandum maximum esse existimat, quasi qui dicere uelit, quanti honorem & gloriacionem facio, quam in Christo Iesu habeo, tanti etiam iuro. Iam Christianus satis compertum est, quid haec gloriatio in Christo sit aut ualeat, non ut Christi opes possideamus, nec ut regnum & imperium consequamur, sed quod per Christum a peccatis, morte, & Diabolo redimamur, in ea spe positi, fore ut ad perpetuam uitae tranquillitatem perducamur, ad quam aliquia ex parte perducti sumus, gloriantes, quod Deum propicium & placatum patrem habemus, praesertim cum baptisati simus, & credimus in eum uirum, qui uitam eternam nobis trahere potest, de qua nullus Turca, nullus pseudopostulus, nullus Papisticus Episcopus aut Princeps, nullus doctor aut fucate sanctus, & in summa, uniuersus mundus nihil coperti habet. Haec gloriatione de isto articulo habeo, quam etiam propterea oppignerò, certus existens, quod illo non frustrabor: nec cunctum mundum accipere uellem, quod tantum insurandum facere uellem. Sed quomodo sonat quod dicit, quotidie morior? Neque enim video (mundus diceret) nec uidi te

Christianorum
gloriatio.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Mori quoti-
die quid.

unquam sepeliri: ambulat̄em quidem & stantem,
edentem & bibentem te video, tum etiam regio-
nes peragrantem, & pro concionibus docentem,
& opificium tuum exercentem. Hoc uero mori
& mortuum esse dicitur: Paulus quidem quod et
uera & certa sint iurat, sed hoc illud est quod di-
xi, non quemuis nosse & intelligere, quid his uer-
bis Paulus putet, aut quid haec mors significet, seu
quomodo fiat, nimirum quod mortem semper se-
cum circumferat, quo dicitur citra intermissionem in
ipsius uersetur angustiis, ut mortem impensius quam
uitam sentiat. Gloriationem tamen se habere di-
xit uite scilicet, quam difficulter saepe etiam prora-
sus nibil sentit. Absidue itaque in certamine uersa-
tur, in quo mors & uita, peccatum & iustitia, bo-
na & mala conscientia, gaudium & tristitia, spes
& metus, fides & incredulitas, brenuiter, Deus et
Diabolus, infernus & cælum mutuo luctatur. De
tali morte hic loquitur, quam etiam solus intelle-
xit, ut sublimis Apostolus, qui inde sinenter in hoc
uersatus & probe exercitatus est. Ideo uerba sua
quoque iure iurando confirmat, quo fidem sibi facia-
at, ut ei qui ueritatem loquatur, quanquam alij no-
ita sentiant aut intelligent.

Cur ergo id facerem (iterum diceret) ut non
tantum à mundo crudeliter affligar, duris vincis,

lis captius teneat atq; discrutier, omniaq; quæ ex
 terne mihi possunt accidere incommoda patiar,
 que 2. ad Corint. 11. ex ordine percenset, sed præ
 ter hæc pericula, assidue cum Diabolo pugnem
 ac dimicem, cum morte dies noctesq; luciter, & in
 ferni angustias sentiam? Quid inde lucri aufero?
 aut quid nubi datur præmij, ut in hæc pericula si
 ne illa caussa me præcipitem, si quieto esse licet
 v his omnibus semel defungi? Cur non malum ho-
 rum omnium finem uidere, & me humandum cō-
 mittere? aut ita rebus mederi, sicut mundus facit,
 ut Christum cum omnibus quæ Christi sunt, lon-
 gum ualere iubeam, uiuamq; ut alij uiuere cōsue-
 verunt, quo mundus me missum faciat, & Diabo-
 lus mihi clemens sit & beneuolus. Hanc equidem
 arte inquit Paulus ipse quoq; nossem, si futurā ui-
 tā uelim amittere. Cū aut id facere nolim, & aliā
 uitam iactem, hec mihi deferēda est, & id auferē
 dum præmij, ut mundus talibus affluctiōibus me af-
 ficiat, Diabolus ita dilaniat ac discrutiāt, ut parū
 uoluptatis in hac uita persentiscā. Verū quanquā
 quotidie ita me iugulet, & adhuc plura mala in-
 gerat, nec tamē hæc gloriatiōne mihi extorque-
 but, qua illum demū prosternam & uictoriam ob-
 timebo. His aut partem suæ gloriatiōis seu pericu-
 lorū, quanquam nō maximorum, addit & ingt.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Si secundum hominem, cum
bestijs depugnauit Ephesi: que mihi
utilitas, si mortui non resurgent;

Hec quoq; gloriatio dicitur, sed non ut mun-
dus gloriatur, in potentia & fortitudine, aut in
honore & diuitijs, sed in passionibus & mortis
periculis: deq; alia uictoria, quam mundus potest.
Loquitur autem peculiariter de ea consuetudine,
que ei regioni, praesertim uero Romanis commu-

Consuetudo nis & usitata erat. His hic mos erat, ut cum statu-
Rom. homi issent singularia spectacula edere, accipiebant u-
nes bestijs ob num aliquem facinorosum, aut alioqui damnatum
sciendi. capit, quem nudum & inermem circa include-
bant, unaq; leones & ursos, aut alias effratas be-
stias immittebant: cum his misero depugnandum
fuit, atq; aut uincendum aut diserto ac dilania-
to succumberendum. Faciebant autem hoc cum be-
stiae maxima fame effratae erant, sinebantq; non
raro sursum ac deorsum agitare, quo crudeliores
redderentur. Et hoc spectaculo maxime delecta-
bantur, praeципue uero in Christianis, uidentes mi-
seros homines bestiarum dentibus & unguibus
discipi: putabant quoq; Christianos se posse hoc
crudeli supplicio obstupefactos à fide ipsorum di-
mouere, aut prorsus ē medio tollere. Neque enim
possibile

IN XV. CAP. I. CORIN. 222

possibile erat, ut quisquam bestiarum uim ita exasperatrum a se depelleret aut effugeret, nisi quod nonnunquam Deus aliquem miraculose eripiebat, atq; ita faciebat, ut immittiſimae & truculentissimae bestiae, quas in Christianos cōcitabant, nullum dolorem aut malum illis inferrent, & ita placide & mansuetæ erga eos fierent, ut ad personas ipsorum prociderent, ita amice eis blandientes, pueris solent, sc̄q; perinde ut oves palpari Christianorū & contrectari sinebant. Quare nōnulli ad hunc aliqui bestiæ modum eripiebantur, ad confirmandum fidem obiecti curi ipsorum: neque tamen omnes, fuisse enim iusto cōseruati munius, & contemptum. Vbi autem hic ludus fruſtra erit, accerſebatur carnifex, ille gladio eos, quibus bestiae pepercerant, iugulabat.

Hac de re hic quoq; Paulus gloriatur, quod ad bestias damnatus fuerit, atq; illis ipsis proterenus ac dilaniandus obiectus, quas tamen superauit, & cuncto mundo inuito ab impetu ipsorum creptus est. Quemadmodum Propheta Daniel, (Danielis sexto) nullo malo accepto & ipse leonis obiectus est, cum tamen cæteri, qui eum falso accusauerant, cum uxoribus et liberis frustillatim discepserunt, etiam ipsis ossibus cōminutis. Ita quoque alio loco gloriatur, se ſepe ē uinculis & carcere, ex aquis & alijs necessitatibus miraculoſe

HOMILIAE D. MART. LVT.

eruptum esse 2. Corinth. 12. Itaq; Gentes non semper pro animi sui libidine Christianos deuorabant, sed ipsis etiam in uito animo uitam concede re cogebantur, nec ante eos exitio absuemebant, quam Deo uisum fuisse, ut ita re ipsa Christiani uiderent & experientur, quod Deus apud ipsos esset, quodq; non omni consolatione carerent, sed in media quoq; morte positi partem uite uiderent. Præterea ut alij hoc aut consimili facto admoniti resipiscerent, & semet conuerterent, aut saltem incusso terrore consternerentur, nec semper quod uellent facerent. Quemadmodum & hoc quoq; tempore apud nos non semel certissimis argumentis se ostendit: nam nisi Dominus nobiscum fuisse, iandudum Papa cum suis iratis tyrannis non deglutiisset.

Qui autem de causa tam periculo & mortifero certamini, inquit Paulus, me uelim committere, cum efferatis bestijs luctando? Quis tale certamen propter diuitias aut honores uelit suscipere? Quid enim ita depugnare coactis aliud atque certamors fuit propositum, ubi uni omnium auxilio destituto, aduersus sœuentes leones, ursos, leopardos, decertandum fuit? Attamen fidei quoq; contra tan horrendum aspectum dimicandum fuit. Quanquam uero aut ob laudem & gloriam consequendam,

sequendam, aut in hominum gratiam fecisset, nul-
lam certe aliam gratiam iniuissem, quam contemp-
tum, meq; ueneficum esse dixissent, et Diabolicas
artes usurpare. Quo conuictio ipsum etiam Chri-
stum afficiebant, & hodie idem facerent, etiam si
ipsis inspectantibus mortuos in lucem & uitā re-
uocaremus. Idcirco profecto humano more non fe-
ci, ut aliquid gloriæ apud homines mihi concilia-
rē. Itaq; mihi ut spirituali semper cū Diabolo con-
fligendū & mordēdum est, & semper inter mor-
tem & uitā pendendū, ut omnia quæ mundus &
Diabolus mala habet ego experiar: nec quicquam
necum est, nisi mera mors. Proinde mihi tātis dif-
ficultatibus obruto maior & fortior cōsolatio no-
scēda, q; ulli hic in terris mortalium. Quod latro-
nes & grassatores aut malefici in periculū mors-
is deueniāt, mirandū non est, hoc n. suis factis a-
bunde promeruerunt, nec aliud quæsivierunt: nec
possunt cū morte depugnare et luctari, sed despe-
rant ac pereunt. Nos aut cū tale periculū & cer-
lamen mortis ultro suscipiamus, longe aliam uitā
& statū expectare decet, & illius certi esse. Alio
qui eque ut alij loq; et facere sciremus, quæ mūdo
grata forēt, aut Principibus et dominis plus q; gna-
tonice assentari, & id summo studio & industria
querere, quomō amplissimos dignitatis gradus cō-

HOMILIAE D. MART. LVT.

sequeremur, & animo per omnia morem gerere
mus, molliissime & uoluptuosissime uiuendo. Sanē
uero, si nihil aliud quām id quod mundus præsta-
re potest queritamus. Iam uero aliud querimus,
& aliud affectamus, quām quod hic inueniri pos-
sit, nēpe quod nullus Cæsar aut Rex seu dominus
quamlibet potens & opulentus præstare potest,
quod nullus eruditus aut Doctor nouit aut intel-
ligit. Ideo aliter quoque atque ipsi & loquimur
& facimus.

Edamus & bibamus, cras enim
moriemur.

Esaia ludibrio habitus.

Hec omnia Paulus in derisorū persona loqui-
tur, qui ipsius doctrinā ita falsis & derisorīs uer-
bis subsannabant. Citat autem hunc locum ex Es-
aia Propheta cap. 22. cui idem quod Paulo acci-
dit, cum magna uerborum contentionē suos discri-
pulos Hierosolymis reprehenderet, ut arrogata-
tes & auaros, & uerbi diuini contemptores, ac
tantum de resurrectione mortuorum credentes,
quantum animantia credebant. Itaq; omnia Pro-
phetæ dicta aperto ore & exerta lingua deride-
bant, ipsumq; ut stultum ludibrio habebant, ita in-
ter se colloquētes: Audisne, precor, qd Prophe-
ta dicit? Cras moriemur inqt. Quòd si hoc est ue-
rum

rum, age prius edamus & bibamus, & animo mo-
 rem geramus dum licet. Hæc equidem molesta &
 odiosa ora fuerunt, & subsannatores deterrimi,
 qui ipsius uerba ita maliciose peruerterebat, quibus
 potius conterreri debuerant, Neū irasci ac breui-
 fore, ut omnibus calamitatibus & plagiis eos affi-
 ceret, sicut ille minabatur. Illi autē plane contrari-
 um faciunt, suis minacibus dictis ad iocum abuten-
 tes, & ad maiorem impænitudinem de morte ita
 loquentes ridicule, tanquam mors nihil aliud es-
 set, quam picta imago in pariete. Quis Diabolo-
 rum ex inferis talibus hominibus prædicare ue-
 lit, qui omnia sane dicta tam virulente & pestife-
 re peruerunt? Quomodo cunq; enim mortis me-
 tacentur, illam accipiunt, & aduersus Pro-
 phetam suam ferociunt.

Hec ipsa Paulus à suis subsannatoribus haud. Deridentium
resurrectio =
nemuoces.
 dubie sepe audiuit. Hic enim mos est, quo mun-
 dus, & hodie omnes rustici, ciues & nobiles u=
 tuntur, quoties uerbo Dei & metu mortis terren-
 tur, & inferorum terribili supplicio, inquiunt,
 sacrifici nostri multa de morte nobis obganni-
 unt, ac Diabolum terribili & horrendo aspectu
 depingunt, & inferni æstum inæstimabilem esse
 afferunt. Proinde ante quæso large & suauiter
 compotemus, dum nobis integrum est: nam si mos

HOMILIAE D. MART. LVT.

rimur, mortui sumus. Ideo hæc ipsorum uerba quæ
que adducit, quasi diceret: Si uerum est, quod res
surrectio credenda non sit, tum nec ego aliquid
melius scio, quam quod perinde ut ipsi loquamur
et derideamus cum Deum tum suos Apostolos.
Nam qui Verbo Dei credere nolit, nec ipsius ira
pertimescere, apud hunc inserviuosa est et peric
omnis prædicatio: nec aliter loqui nouit, atque cre
dit. Sicut hodie nostri illi Thrasones et Pyrgopo
linices nobiles, Putasne uerum esse quod dicunt
sacrifici, alium adhuc socium huic esse inclusum?
Mihi non sit uerisimile, Nam si morimur, mortui
sumus: mortuo corpore, socius cum socio moritur.

Eiusmodi subsannationes Christianis sufferen
dæ sunt, et dimitendi illi, usque dum experian
tur, et fatale tempus ueniat, quo mortem non
ita habebunt contemptui, sicut nunc habent. Hoc
enim, præter cetera, mea uita milii præstitut (est quæ
Deo gratia) quod uiderim et experimentis mul
tis didicerim, nostram propheticam et predica
tionem semper ueram exitisse, nec ullus rusticorum
aut torquatorum Thrasonum in tantum fea
rox fuit et arrogans, qui non imminente morte
mitior factus esset, et metu obstupuisset, aut etiæ
am ira incanduisset, nec prior ferocia et subsan
natio quicquam illi attulit auxilij. Nam mors
hanc

Morte etiam
feroces nobi
les consternā
tur.

hanc artem callet, qua etiam arrogantiissimos &
animosiissimos meticulosos & ignavos reddit,
cum ipsis uel modice aliqua peste salutat, ita ut
omnem amittant animum, & cristas erectas pro-
tinus demittat, presertim quando cogitant, quod
ab omnibus opibus & pompa ipsis discedendum
sit. Nam si mors ita perterrefacere nouit eos, qui
non credunt, haud dubie aliquid maius superesse
necessum est, quod eos in inferno plus quam horren-
dis terroribus exanimabit. Ac tum his uerbis, si
mortui sumus, mortui sumus, nullus locus erit, sed
in perpetuis flammis ardendum erit, miserrime
nocifer antibus & eiulantibus, quod unquam na-
tisint. Quinetiam semet diris deuouebunt &
condemnabunt, quod Verbum Dei audierint, &
illud ita desperte contempserint atque deriserint.

Quocirca summe nobis caudendum est a tam
leibus uerbis, ne Deum & eius salutiferum Ver- Verbalenia
bum derideamus. Libenter enim talibus ante no- fugiēda sunt.
tas invirit, quam illi expectarint, idq; alijs in ex-
emplum. Cuius generis exempla multa edita uidi
mus (que iam enumeranda non sunt) quibus crude-
liter tales subannatores affecit, q; putabant se per-
fatos esse, si de Euāgelio satis false et ridicule lo-
querentur. Talia autem exemplata facile oblinioni tra-
denda non sunt, et uentis committenda. Quāquam

HOMILIAE D. MART. LVT.

enim non omni tempore tales blasphemias parva
Exempla super ta poena vindicet, pauci enim mortalium in ter-
pliciorum quo- ris relinquenterunt, tamen nonnunquam alijs in
modo intuerunt terrorem & exemplum satis indicat, quam ipsi
da.
talium subsannationes cordi sint, & quid facere
in animo habeat, ubi idoneum tempus aduentus
suo perspexerit, ac tum temporis nimium diu ex-
pectasti. Hodie securo admodum animo rideas Eu-
angelium inter pocula pergracans & genio in-
dulgens, cras mortuus effereris, nec redibus am-
plius. Et quod uni accidit, singulis & omnibus po-
test accidere, Sicut Christus Lucæ 15. de turri Sie-
loe dicit, cuius ruina multos oppresserat, Dico uo-
bis, nisi resipueritis omnes similiter peribitis.

Quare ubi unum percutit & mactat, omnes
ipso exemplo petit, nec aberrabit ab illis, sed cito
tius quam ipsi sibi promiserint eos tangere, nisi
mature cessauerint & resipuerint. Quot calamiti-
tates, quot infortunia omnimodarum plagarum,
incendiorum, imundationum, homicidiorum &
repentinæ mortis quotidianis experimentis eue-
Tarditate superire videmus? Et quanquam multi iam sua flagi-
plicij ad poe- tia impune ferantur, putasne ideo ipsum dormire, aut
nitentiam uo ad tempus conniuere non posse, ac mox tarditatem
camur. supplicij grauitate compensare, cum ipsi iam dudum
peccatorum oblitis sunt, & se tu probos existimat, quiris

IN XV. CAP. I. CORIN. 115

quiritantes ac conquerentes, nihil tale unquam se
comeruisse? Necq; enim, subito ac repentino sup=
plicio peccatiū punit, sed diu multumq; dissimulat,
in hoc manus continens, ut habeant spaciū resipi
scētice. Demum uero hac prorsus desperata, nihil
minus expectantes, crudelissime ac saeuissime op= 116
primit. Ac pro modo Corporis, etiā pœnæ modū
irrogat: exiguum turbam cito punit. Cæterum to
tius regionis aut ciuitatis pœnam aliquandiu dis= 117
fert, usq; dum ipsius iniquitas probe maturuerit:
attame quād diu tandem uindictam extraxerit,
neminem inultum patitur.

Ideo diuus Paulus ex Esaiā Propheta nos mo= Esiae deriso=
net, eademq; uerba adducit, ut illi derisores no= res.
bis sint exemplo, ad hunc modum uolens dicere.
Erant id temporis quo Esaias Propheta uiuebat,
nebulones turpisimi ac deterrimi, qui nubil per= 118
inde sciebant, atque subsannare Prophetas. Ve= 119
rum cum eos diu multumq; subsannassent, & iam
securi erant, nec amplius animo cogitabant,
quid prophete futurum prædixissent, uenit ho= 120
rula, qua Deus Regem Babyloniæ excitauerat,
qui omnia circum circa crudelissime uastaret ac
rexaret, ciuitatem ac templum incenderet, alios
gladio abumeret, alios, qui reliqui erant, capti= 121
uos abduceret. Ibi tum quoque misere quere=

HOMILIAE D. MART. LVT.

bantur & ciulabant ærumnas suas defientes, p. uer-
tabantq; sibi immarentibus ista accidisse, sed no-
lebant præterita animo repetere, & uetera in
memoriam reuocare, quomodo scilicet Patres
ipsorum hæc supplicia commeruissent, ipsiq; in
iisdem peccatis persecuerassent: breuiter, puta-
bant apud Deum quoque omnia obliuioni esse
tradita, sicut ipsi obliuioni tradidissent. Ipse au-
tem tenacis est & longæ memorie, nec obliui-
scitur, etiam si nos obliuiscimur. Ita neque ho-
die obliuiscetur, quam nemo non hoc tempore
impie & procaciter sine ullo respectu peccat cō-
tra Eu.angeliū, tanquam liberam potestatem ha-
berent faciēdi quicquid uellent. Insuper eos quicq;
à quibus fraterne admonentur, habent ludibrio,
quasi nullus Deus esset, qui hæc uideret aut sci-
ret. Sed profecto uisitabit eos flagello suo, ubi ex-
istimārint iampridem ista Deum è memoria cie-
cisse, nimirump silentia, f. me, bello, cedit us, cum
perinde ut ranæ dissecabuntur & confodientur
senes pariter & iuuenes, ut sic rependant, quod
iam cōmercentur. Ac tum demum uidebunt, quid
subsannauerint, cogitatūq; quod hæc ipsi futu-
ra prædixerimus, Sed Deus ipsos queq; tunc su-
stra surdis auribus clamare sinet, sicut ipsi iam
nostras admonitiones plus quam surdi respuunt.
Ne

Ne decipiāmīni: Mores bonos
colloquia corrumpunt mala.

Nos (inquit Paulus) prohibere non possumus, ne impia illa derisorum multitudo dicat: Si nobis moriendum est, edamus antē & bibamus: nam qui mortem appetiūt, mortuus est. Qui bus si multa de summo illo die dicuntur, tum oꝝ plantantisper sibi numeros numerandos dari, doꝝ nec ueniat. Sed missos faciamus istos derisores, ac rideant quām diu poterunt, ipse rerum cuen-
tus aut finis indicabit, uter rectius alterum de-
riserit: futurum est, ut tum plura numeranda ha-
bituri sint, quām optent, ubi transacte uitae ratio
ab ipſis exposcetur. Vos autem horum perditissi
morum hominum leuisima dicta nibil moucant,
sed cauete potius, & audite quid Verbum Dei
vos doceat. Eiusmodi enim colloquia haud dubie
hos seducunt & decipiunt.

Ceterū hanc sententiā (φρείγειστιν οὐχ ξενίου ποιησία) Diuus Paulus ex præstatis iuuentus quo
modo institu-
fimo poëta Menādro citauit, ex humana discipli- tuenda.
natrā sumptā. Vbi enim iuuentus instituēda est, ibi
opus, ibi labor est, diligenter videre, ne multa pra-
ua exc̄pla, quæ sunt offendiculo, uideat, atq; itaſe-
ducatur. Nā natura quoq; dictat plurimū referrere,

HOMILIAE D. MART. LVT.

parentes in hoc summe aduigilare, ut ipsorum liberis honeste & liberaliter edacentur. Postquam autem iam parentes multum opere, studij, ac diligentie in educandis liberis posuerunt, iamq; ad alium uitæ modum paulo honestiorem peruenientus non offendenda. scientes quare ratione, quae honestae erga quosuis se gerere debeant, facile turpis aliqua & foeda bestia suboriri potest, quæ aliquid obsecnum auditu ipsis in aurem insurret, aut exemplum prauum uidendum exhibeat, quo tenellas animos ita inficiat, ita intoxiceat, ut conceptum viri numero accidit, ut quanquam unus aliquis iuenum optimæ spei ac spectate indolis in studijs ac disciplinis aliquandiu diligentissime educatur, ita ut parctibus summæ uoluptati sit, leuis aliquis et uitiosus uerbero ueniat, atq; uno saltē obsceno uerbo & pudendo exēpto iuuenem optimie institutum sic corrumpat, ut in eo prioris institutio nis & oleum & opera planissime sint desperita.

Hoc Ethnici in sua uita acute p̄fexerūt, et nos idē quotidie experimur, et corā uidemus, quam facile & sape cum iuuenes tum puellæ ita seducuntur & corrumpuntur. Tantum mali praua lingua potest efficere, ut una hora uno aliquo personistro uerbo totā turbā inficiat ac perdat, & eos

Lingua ma la.

IN XV. CAP. I. CORIN. 117

quos decem aut uiginti annis magno labore edu-
cavimus subuertat. Ideo tales sentencias iuuentu-
ti inculcabant, quibus admonebant, ut quisq; se su-
osq; à malis colloquijs & prauo sodalito prohibi-
beret. Hæc enim duo maxima & irrecuperabilia
damna dant, quicquid bene & liberaliter educa-
tum est perdentia, non secus atq; calamitas fruges
iam enatas perdit. Sunt autem perniciosi & pla-
ne diabolici homines, quibus uoluptati est, homi-
nes iuuenes & innocentes lingua sua uirulentia
ita intoxicate.

Iam uero si tantum potest malum colloquium
in mundana disciplina et gentili sapientia ac pro-
bitate, quas natura & ratio nos docet, quid non
idem possit in sublimibus illis & subtilibus fidei
negocijs, quorum ratio capax non est, & tamen
de his nemo non loquitur, & sapiens esse ac iudi-
care cōtendit. Sicut iam uulgas facit, & uulgo fit
in circulis rusticorum & ciuium, ubi ad hunc mo-
dū quissipā blatero infreni ore nugatur: Quid ue-
ro studetis audire sacrificulos? putatis ne adhuc
alium huic inesse corpori? Non aliter faciunt eti-
am nobiles & milites, dum inquiunt: Si mihi cogi-
tandum foret, quod me mori oporteret, quodq;
post hanc uitam alia futura esset, quis in militiam
profici si uelit? Ut amur autem delicijs (inquiunt)

Colloquia
praua spiritu-
alium rerum

HOMILIAE D. MART. LVTH.

¶ animo morem geramus genialiter uiuendo,
dum licet, quis nouit quæ rerum sit futura condi-
tio. Quinetiam nonnulli, qui nimis sibi uidentur
sapere, eos stultos esse existimant, qui de his pra-
dicant aut loquuntur, dicentes: nimium ociosos es-
se homines, quos hæc sollicitant. Quippe quibus
lôge alia supsunt negotia, quæ maioris momenti
habentur, quomodo multas uillas & arces com-
parent. Talia uerba sæpe uniuersa multitudo nō
sine insigni offendiculo deuorat, nihil amplius cu-
rans aut cogitans quomodo uitam traducat, aut
ea transacta demum moriatur, nisi quod stude-
ant auaricia, & uentri ac gule obsequantur. Ita
unico malo statim tota multitudo sic depravatur,
ut nullus neq; prædicationibus nec obiurgationi-
bus locus relictus sit.

Cæterum ijsdem colloquijs si homines erudili-
Doctorū præ-
ua colloquia. & magna intelligentia exculti quoq; utuntur, id
demum longe damnosissimum est. Illi enim per-
dunt omnia, & tamen prauissime dicta tali orna-
tu & uerborum lenocinio polire nouerunt, ut ui-
deantur splendidissima, licet maiori derisione di-
ci nequeant: Profecto boni et simplices (inquit)
fuere homines Christus & Paulus, qui conformat-
post hanc uitam adhuc esse aliam. Quid uero de-
syderari potest in tot eximis hic in terris homini-
bus.

bus, nēpe Imperatoribus, Regibus, Principibus,
dominis, præterea tot eruditis et sapiētibus uiris
(ibus præcipue Græcia abundabat) qui haud du-
bic tantum de ea re cōperti habuissent, q̄ bi men-
dici & imperiti homines. Hęc inquam uerba sta-
tim simplex aliq̄s arripit et cogitat, Et quis no-
uit, nū ea uera sint, quae illi pro cōcionibus prædi-
cāt? Cur aut̄ ego illi crederē, cui tot eruditī et pru-
dētes uiri fidē derogāt? Quis illi hęc ita se habe-
re dixit? Hęc nobis serēda sunt, et planē assuescen-
dū, ut cū diu multūq; docuerimus, nos prohibere
nō posse, ne talibus colloquijs et uirulētis linguis
locus sit, cū nc Paulus quidē eas deuitare potuit.

Equidem istis colloquijs nunc feruent & sca-
tent omnia, & illis quidem pessimis: te tamen per
Christum admonitum esse uolo, ne his quicquam
moueare, et iam si audire cogaris, sed matoris sit
apud te momenti et ponderis uerbum Dei, quam
uniuersi mundi nugamenta & fabulæ, quamvis
sapientissimi, potentissimi atq; doctissimi ista con-
firmarent, sicut confirmant ei iam, quo doctiores
et sapientiores perhiberi uolunt. Nisi enim aures
auerteris, sed tali inaniloquio indulseris, statim in-
talia scandala & tentatiōes incurris: Quis nouit
nū hęc ita sint? Et si diabolus cō te p̄traxit, iā cap-
tū tenet, sicut Adamo et Heuæ sicerat. Hęc n. eius

Diaboli astu-
cia.

HOMILIAE D. MAR. LV T.

singularis & summa est uersutia, ut hominem à
uerbo proliceat, idq; e corde furtum auferat, ut
eius nec reminiscaris nec cogites, inq; eius locum
alias cogitationes inferat, quo facta uictoria con-
sequutus est. Quocirca contra tales insidias mu-

Antidotum nitum te esse oportet, atq; hoc antidotum contra
contra pra- eius uenenum presumas, & ubi altera aure talia
ua colloquia inaudieris, statim corde toto uerbū am-
plexarīs. Siquidem ipse probè expertus sum, q; a-
nimō doleat, quoties talium hominum, qui prudē-
tiae ac sapientiae titulum sibi uendicant, nugamen-
ta audire cogitur, cum ita securē & certo hisce de-
rebus loquuntur, atq; ita contemptum subsannat,
ut nihil aequē falso, fictum ac uanum esse uidet-
ur: unde pleriq; cogitandum uenit: Quid si hec
ita non essent? Hic tot sunt clarissimi atq; lectissi-
mi uiri, eruditione, dignitate, potentia præcellen-
tes & planè totius orbis optima pars, qui alter
loquuntur & credunt. Si haec non uera sunt, ma-
ior nunq; deceptio in orbe audita est. Nec parum
multos expertos uidi, qui inde magnas tentatiōes
perpeſi sunt, num post hanc uitam alia futura sit.

Hec omnia ex pestiferis istis & inutilibus fabi-
lis promanant, præsertim ubi adhuc infirme &
parum exercitatae atq; tentatae sunt conscientie.
Ideo diligenter ista cauenda sunt, & uerbum Dei
mora-

mordicus retinendum, cuius infallibili testimonio
hic articulus fundatus est, et iam ultra mille et
quingentos annos inconcussus permanxit: a mul-
tis quidem impijs loquutoribus impugnatus, sed
numquam subuersus aut oppressus est: cum ipsi ta-
men ad unum oes cum suis nugamentis et fabulis
peccatum ierint a morte absorpti, ita ut nemo illo-
rum uel minimam mentionem faciat aut reminiscatur.

Porro hic de resurrectione articulus manet,
et etiamnum stat immobilis, sicut ab Apostolis
praedicatus est, ab Adamo et Patribus creditus, Resurrectio
ac dum mundus stabit praedicabitur, dumque tempore firmissima
pus uenerit illius implendi et opere experiendi.
In hac sententia nos manebimus, nihil curaturi e-
tiam si inter nos nonnulli hac de re sic pestiferè lo-
quuntur et rident, hac freti consolatione, q. hoc
articulo sint indigni. Itaque finamus illos (ut Chris-
tus de Pharisæis dimittendis loquitur) ut cæcos
et cæcorum duces, ut garriant usque dum cessare
coquuntur: habent enim partem suam, nec possunt
maiori supplicio affici. Nam si digni essent, etiam
Dei verbo nobiscum crederent. Ideo ad illos quoque
sicut Paulus ad Iudeos dixit, loquimur: Quoniam
audire nos grauamini, et uos ipsos regno Dei im-
dignos existimatis, ad gentes nos conuertimus. Tu
autem gratias age Deo, quod eam gratiam tibi largi-

HOMILIAE D. MART. LVT.

gitus sit, eaq; intelligentia te donārit, ac dignum
fecerit, ut credas hunc articulum uerum esse. Pro-
inde missos face istos derisores & comeſſatores
ſeu lurcones, qui ſemet porcorum iſtar sagia-
niant, quo primo quoque tempore probe ſaginata
ti mactentur.

Hac autem arte temet contra omnino la eius-
modi uenena munire potes, ut dicas: Audire uolo
quid uerbum Dei mihi dicat, & illi adherere: il-
lud enim talibus fabulis longe p̄fstat, ut fructu-
sum & salutiferum uerbum, quod à Deo datū eſt,
et ab initio mīdi m̄iſit, et uſq; ad eius conſum-
mitionem mansurum eſt. Instar autem pudice pie-
telle ſaturus ſum, que quoties obſcenum dictum
audierit, aut ad turpitudinē à meretrice provo-
cata fuerit, dicit: ita à matre mea edo. Ita non ſunt,
huius monita ſequim̄lo, q̄ alterius, neque enim
quicquam mali me docebit. Aut ut probus & bea-
ne moratus filius familias, qui audire non dicit,
quid uifq; nebulo aut profuſus nepos ḡmit. &
blaterat illius decipiendi gratia, ſed dicit potius:
hoc rectu n̄ non eſt, ita enim chariſſimus parens
meus, aut pedagogus me non docuit &c. Iam uea-
ro ſicut tales liberi parentum diſta ſequuntur, hec
uenient ita collo quia respuentes, ne cordi noccant,
ita Christi eniſ hōno Dei uerbi ſequatur, ut eā
iufinodd

Verbum ſe-
quendum.

usmodi plus quam gentilia & impia uerba contra fidem prolati excludat, & penes illum manet, in cuius nomine baptisatus est, et in quo totius Christianitatis fides & uita sit & sunt.

Experciscimini recte, & ne peccetis. Nam ignorantem Dei non nulli habent. Ad pudorem uobis loquor.

Hec uerba hoc adiecta sunt consilio, ut fortius Corinthios adhortetur & moneat, ut sibi a praeuis colloquijs caueant, indicans quid facto opus sit, quo minus seducantur, in hunc modum: Date operam Corinthij ne tales loquutores stertentes aut somnolētos uos offendant, aut prorsus tedium effectos et pigritia. Hac n. ratione iam omnibus inepte loquacibus et seductorib. occasio data atq; ideo ianua aperta est, sicut iam p̄sēpe dixi et repetens iterum atq; iterum dico, uitium magnum esse & detestabile fastidium, aut quo nomine ha-
bitus dictum, sed nō recte intellectum, acediam, hoc est, pigritiam ad cultum Dei, qua sit ut uerbi diuinī obſaturemūr, & dicamus: Ipse probe cal- leo, & iam s̄epe audiui, domi eadem si uoluerō le- gere possum. Cur toties eandem cantilenam audi- rem? Ita ergo securè incedunt & ambulāt, putan-

Fastidii Hera
bi Dei.

Acedia.

HOMILIAE D. MART. LVT.

tes se thesaurū affatim habere, ut periculū non sit illius porrò amittendi. Paulus autem hoc loco asserit contrarium, Vide & caue ne plus aequo securus sis, existimesq; te nimio plus nosse. haud dubie enim opinio tua te fallet. Si quidem difficulter cauent etiam qui diligenter aduigilant, ne clanculum praua irrepant colloquia, & ante nos decipiant, quam prouisa fuerint.

Ideo aduigilandum & prouide agendum est, et sollicitè uiuendū, ne oscitantes et supine steriles opprimamur, nec id nobis accidat, quod ijs qui repente & ex improviso in orcū precipitantur à Diabolo. Cuius rei hoc exēplū habe, de quo leuis & secundam profligate uite homine, quem ipse uidi, qui spiritus. quoties os aperiebat, nihil loquebatur aliud, q; me ros Diabolos. Atq; sicubi forte pedibus leviter erraret, aut alicubi impingeret, protinus centum Diabolos euomebat. Qua de re à uicinis non semel admonitus, ut hoc uerbo porrò abstinaret: periculū enim esse aiebat, ne quādo periculose lassiceretur, ac tum cum ipsius magno malo protinus affuturum esse cum, quem hactenus toties nomina nasset. Ille uicinorum salubria monita nihil faciebat, hoc, inquiens, si contigerit, ipse probè scio horum me uerborum obliturum. Accidit autem non multo post, ut illi pons transeundus esset, in quo

cum errasset per præceps in aquam ruit: atq; ibi
 inter ruendum pro more suo cum hæc uocem pro-
 nuperet, Exurge in nomine cœtum Diabolorum,
 mox præsto est ille quem toties uocauerat, atq; il-
 lum iugulatum aufert, sicut sæpe precatus fuerat.
 Idem talibus securis spiritibus quoq; potest acci-
 dere, qui se ita doctos & certos esse arbitrantur,
 quasi uerbum Dei amplius audire aut legere ne-
 cesses non habeant, aut illius saltem meminisse.
 Vnde sit ut clanculum subserpat Diabolus perni-
 ciosis illis stultiloquijs aut suggestionibus, quibus
 Christum & uerbum amittunt, & Diabolus ex
 animi sui sentencia illorum sit potens.

Hoc enim ipse non semel expertus sum, quo-
 modo Diabolus aliquem insidiose & astute ad-
 modum à uerbo noscat abducere. Vbi enim uer-
 bo Dei me armatum uidet, non multis me im-
 pugnandum putat. At ubi tantum opportuni-
 tatis consequitur, qua uel uerbi immemorem me
 uiderit, uel alijs rebus occupatum, tum me adon-
 riendum putat, tali impetu impressionem faci-
 ens, ut graue mihi sit Verbum denuo appre-
 hendere. Quid autem tum non fieret, si perim-
 de ut ceteri securus essem, meque ita doctum ex-
 istimarem, ac saltem à prædicatione & lectione
 sacrarum literarum ad tempus supersederem,

HOMILIAE D. MAR. LVT.

cum assiduo studio & quotidianis precibus nix
me queam defendere.

Quocirca (inquit) si non uultis seduci, & co-
lestem thesaurum quem per Euangelium acce-
pistis, amittere, uigilare uos oportet, & non in-
utramque (quod aiunt) aurem ociose stertere,
ita ut uerbum probe exerceatis, cuius panoplia
uos munire ac tueri queatis, & omnia mala col-
loquia, ne radices inter uos agant, excludere.
Illud enim uos prestatre non potestis, ne sint mala
colloquia sed à mundo eadem audire etiam ini-
ti cogimi. Sed in hoc experrectos uos esse os-
portet, ne illis locum concedatis, sed ubi cum
que orta fuerint excludatis. Nam Diabolus pro-
fecto non dormiet nec stertet, sed te, quo cum
tibi uicissim quoque aduigilandum est, ut ubique
munitus sis & uerbo diuino uallatus, ubique
steteris aut ambulaueris, domi forisque, breuiter
in omnibus locis ubi cum hominibus conuersa-
ris. Quemadmodum Deus populo suo prece-
perat, ut præcepta ubique oculis ipsorum pre-
scribant atque depingant, ut nullo non tempore
ca intueri possent, & scisc contra omnia irrita-
menta & offendicula harum tractatione & in-
tuitu defenderent.

Ex aequalitatem, operam, studium & dili-
 gentiam legendi atque exercendi Verbi, Diuus
 Paulus uerbo, Expergiscimini, exprimit. Vox
 est autem hoc non simpliciter uigilare, sed recte
 seu iuste expergisci, aut sic uigilare, ut dicatur
 recte & beate uigilasse secundum uerbum Dei.
 Siquidem mundus quoque in suis rebus uigilat,
 sed non uerbo Dei. Ille autem recte sunt excu-
 biae, quae in uerbo Dei fiunt, quibus Diabolus
 & eius uenenata tela fugantur & propulsan-
 tur, & uictoria obtinetur. Ideo hoc uigilare &
 excubare non dicitur, ut uigiles in urbibus no-
 ntu excubant, ne qua uis hostilis ciuitatem intret:
 neque sicut pater familias aut mater familias do-
 mi sue lucubrat, ut familia surgat diluculo, &
 que facienda sunt faciant. Tales uigili & ciuita-
 tum sunt & domesticae gubernationis, ut unusa-
 quisque suum opus exequatur, & omnia ordi-
 ne fiunt. Hic autem sic uigilandum est (inquit
 Paulus) ne peccemus. Mundus contra egestatem,
 bellum, hostium insidias, & id genus reliqua ui-
 gilet, ut sit tranquillus rerum status & pacatus.
 Nostrae autem excubie eō tendunt, ut diuinum
 uerbum assidue & paſſim cantando, legendo,
 docendo, meditando exerceamus, audire & li-
 benter audiamus, ambabus manibus & obuijs

Expergisci
quid.

Excubie rea-
ctae sunt cir-
ca Verbum.

HOMILIAE D. MART. LVT.

ulnis amplectamur, atque omni sedulitate pudet.
dum illud fastidium & audiendi facietatem, de
qua dixi, excludamus. Oportet enim arcem no-
stram esse probè munitam, & omnes ingressus
obstructos, ne qua Diabolus clanculum se infes-
rat. Alioqui enim si ego aut ceteri prædicto-
res diligenter Euangelium non docuerimus, nec
tu audieris, inq; eo temet non exercueris, exiss-

Stertere in- mans illius te ualde peritum esse, hoc non uig-
ter tela dia- lasse dicitur neque pugnasse, sed nictasse & dor-
bolica. mitasse, imò potius inter tela & cuspides diabo-
licas prorsus stertisse, Quo in statu opportunißi-
mam occasionem faciendæ impressionis & occue-
pandæ arcis nostræ consequitur.

Ita enim Corinthijs quoq; accidit, cum Paulus ab ipsis discessisset, & multi ipsorum animo
planè ocioso essent, existimantes se iam ad uigilē
nosse omnia, uenit Diabolus ac suis zizanij &
malis colloquijs ita hunc de resurrectione articu-
lum labefactārat, ut ipsi suarum cogitatio-
num ductu & opinione, posthabito Verbo Dei,
affirmarent resurrectionem ex mortuis iam es-
se peractam. Neque enim tales perhiberi uo-
lebant, qui hunc articulum planè inficiarentur
contra doctrinam Pauli (alioqui enim fides ip-
sis difficulter fuisset habita) sed addebant affer-
tionibus

tionibus suis fucum et splendorem, sumebant uerba Pauli, & haec, prout ipsis uisum erat, interpre Corinthij spicabantur. Addebat insuper ea non ita crasse ritualem re intelligentia esse, quod mortui omnes corporali surrectionem ter resurrecturi sint, sed ita esse accipienda, nos docentes. omnes spiritualiter in Baptismo resurrexisse, nempe a morte & peccatis & malis operibus, & iam nouam, iustum, & honestam uitam ingressos esse.

Atque haec interpretatio nimis per dulci ueneno circumlita erat, quo multi capiebantur, id quod adhuc uju uenire possit, si adhibito uerborum fico hominibus inculcaretur, qui pura diuine doctrinae intelligentia firmati non forent: facile, inquam, his uniuersa turba assentitur, acclamando, Euge, hoc demum est ueritas, hoc ante hac nos ad hunc modum non intelleximus, nec ita expositum seu enarratum audivimus. Sicut bodie in Baptismo & Sacramento faciunt. Cum enim clara & pura Christi uerba inficiari non audeant, quod Christi corpus & sanguis prestatum, inquit, tantum spiritualiter prestat esse. Nam quo pacto, inquit, corporaliter semet edendum & bibendum permitteret, etiam impius? Non secus hunc quoq; de resurrectione art culum fico obscurarunt, ac populum ad erro-

HOMILIAE D. MART. LVT.

rem induxerunt, potissimum uero autoritate eos
rum, qui id affirmabant, quos Apostolorum disci-
pulos & socios fuisse constat.

Post hos uenerunt alijs, confirmantes resurrec-
tione non carnis, sed tantū animæ intelligendā
esse, cui rei comprobandæ dictum Pauli ex hoc
ipso capite adducebant, Caro & sanguis regnum
Dei possidere non possunt. Cum autem nos caro
& sanguis simus, Corpus iterum resurgere posse
negabant, Quamvis fateri cogebantur, Christum
non tantum anima, sed corpore pariter & anima
sicut natus & mortuus fuit, resurrexisse. Ideo ar-
ticulus hic diserte & significanter sic dicit: Cre-
do carnis resurrectionem, ita ut corpori quod
moritur, iterum resurgentum sit & uita resumē-
da, sicut Christus e sepulchro corporaliter resur-
rexit. Et hic uerus & genuinus est huius articu-

Scriptura li intellectus. Quanquam illud non negāim, scri-
quando de pturam quoq; nonnunquam de spirituali resurre-
spirituali re- ctione loqu, quando nos iubet à peccatis in no-
surrectione uam & spiritualem uitam ingredi, quod in hac ui-
loquatur. ta fit per fidem & baptismum. In hoc autem arti-
culo, id tantum agitur, quomodo post hanc uitam
mortui resurrecti simus. Quocirca nihil ua-
let, quod Pauli dictum horsum trahunt, Caro &
sanguis regnum Dci non possidebunt, contra cla-
ram

ram sententiā Pauli, quam in hoc toto capite trā-
stat & asserit. Nam carnem & sanguinem hoc loco nihil uocat aliud quām affectum illum, quem quis.
 ad Adamo in carne & sanguine hēreditarium habemus, nimirum peccatricem illam & mortalem essentiam, ac prauas concupiscentias, & omnino modos defectus in carne & sanguine. In futura enim uita omnia pura et sincera erunt, omnibus peccatis & defectibus exclusis. Ideo omnibus iam intercendum est, quæcunq; mala in carne & sanguine circumferimus, ut in illum diem deinterrogio noui & puri anima & corpore resurgentem in lucem prodeamus. Ex quo non sequitur, q; corporaliter resurgere non debeamus unā cum carne & sanguine, alioqui dicendum nobis esset, nec ipsum Christum post resurrectionē suam carnem & sauginem habuisse.

Ecce hæc mala inter ipsos fuere colloquia, nō peregrinis aut leuis momenti hominibus introducta, sed quorū autores fuere ipsorum fratres, qui ceterorū antesignani et oīm doctissimi haberiuoluerūt, quiq; docēdi officio functi sunt. Itaq; Paulus monet necessario Corinthios, ut suos ipsorum fratres potissimum caueant. Ea de caussa acerbis et uellemētib. uerbis cōcludit et inqt. Nā ignoratio Dri nōnulli habent. Ad pudorē uobis loquor.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Ac si diceret: Nonne nefarium scelus est, atque adeo pudendum facinus, iam eò uobiscum uentum esse, qui omnes meam doctrinam abunde audistis, quod talia monstrantur uos à uestratibus docerantur, & uos in eam cæcitatem incidistis, ut sermè de uerbo Dei nihil uobis sit reliqui? Quid uero turpius aut fœdius de uobis prædicari possit, quam quod uos, qui doctissimi & optimi Christi anuēsse debebatis, tam fœdis, pestiferas & impīas sermonibus longe lateque locum concessistis, donec multi uestrum Deum eiusque uerbum planè pro nūnilo reputastis. Ideo admonendi mihi esis, ut uideatis, quo illi reciderint, ut periculum ex ipsis faciatis, ne & uobis similis lapsus contingat.

Ignoratio
Dei quid.

Etenim hoc ignorationem Dei uocat, Dei uerbum ignorare, idq; contemptim negligere. Nam qui Deum cupit cognoscere, non aliunde quam è uerbo illum discat necesse est. Hec tales non faciunt, sed eo neglecto, ratione & proprio intellectu articulos fidei examinant & perpendunt, Dei & omnium diuinarum rerum iudiciū & censuram temere & illotis manibus sibi arrogantes. Sed sic tota uia ab illo aberrat. Neq; enim in ipsorum capitibus crevit aut natū est, qd de Christo et futura uita scriptura loquitur, et nos pro cōcionibus

cionibus docemus. Ita pro rationis sue captu fin-
gunt, quoties de resurrectione audiunt, quod non
sit aliud, atq; de peccatis resurgere, & probum
sieri. Quia de re Verbum Dei nihil nouit, quando
de hoc articulo loquitur.

Idcirco his figmentis tantum errant, atq; sub-
inde longius & longius à uerbo & cognitione
Dei exorbitant. Sicut cæcus in meridie errat, nec
unquam in ueram uiam redire potest. Et cum ipsi,
qui aliorum doctores sunt, à uerbo aberrant, mi-
serant turbam seducunt, & eodem errore inuol-
uunt, estq; cæcus dux cæcorum, eo usq; dum nihil
prosperus de Verbo Dei certi aut comperti habe-
ant, ac tantum proprijs & fictitijs somnijs occu-
pati sunt, quibus & se & alios seducunt. Illud enim
Dei uoluntatem & consilium uocant, quod non
carni aut corpori, sed tantu spiritui aut animæ re-
surgentium sit, quæ tamen nec uoluntas eius est,
nec sententia, ex quo satis liquet, ipsos de Deo ni-
hil nosse. Demum uero tales euadunt, de quibus
Paulus alibi loquitur, qui Scripturæ doctores &
magistri esse uolunt, & ignorant tamen, quid ipsi
loquantur aut statuant. Ideo caue te (inquit) ab il-
lis, nec moueat uos illorū autoritas & existima-
tio, aut quanti uulgo aestimentur, sed hoc uobis cu-
res sit, ut Verbum Dei certo habeatis, idq; constan-

HOMILIAE D. MART. LVT.

ter retineatis, tum non errabitis, sed Dei uoluta-
tatem & consilium recte intelligetis.

At dicet aliquis: Quomodo resur-
gunt mortui? Quali autem corpo-
re uenient? Stulte. Tu quod semi-
nas non uiuificatur, nisi mortuum
fuerit. Et hoc quod seminas, non cor-
pus quod nascetur, seminas, sed nu-
dum granum: exempli causa, tritici,
aut alicuius ex ceteris. Sed Deus il-
li dat corpus ut uoluit, & unicuique
seminum suum corpus.

Hactenus satis superque uidimus, qua gravitate
& contentione uerborum, A postolo hunc articu-
culum propugnauerit, tum in hoc confirmando
quanto studio laborarit, Præterea q̄ Corinthios
paterne admonuerit, ut sibi prospiciant, ne pro-
phanis & impijs colloquijs decipientur & sedu-
cantur. Iam uero incipit illorum obiectiones con-
futare & refellere, tractas ex ratione et humana
sapientia, qua cum hic articulus per omnia discor-
dat. Et necesse est multa absurdâ consequi, si hac
de re rationi & humanae opinioni iudicium facia-
endum est, ita ut hunc articulum sit falsum cens-
eat,

IN XV. CAP. I. CORIN. 126

seat, aut ita eundem interpretur, ut aliquo usq;
cum ipsa concordet.

Porro satis certo constat, nimium acutos fuisse
eos, quorum uerba Paulus hoc loco commemo-
rat, qui non tantum hunc articulum torquere et
peruertere nouerunt, sed artificiosissime (ut pu-
labant) et dexterrime quoque deridere et sub-
sannare, quoties de corporali resurrectione in
publico uerba siebant: Age sodes, dicebant, qui fu-
turus erit rerum status, ubi iam omnes resurrexe-
runt? cuiusmodi corpora habebunt? aut que futu-
ra conditio? Nam ipse rem paulo accuratius ex-
pende, si omnes uiui denuo et in lucē reduces ue-
nerimus, ac unusquisque suum corpus, sicut hic ui-
xit, apportauerit, quantā et quam immensam uel
potius incomprehensibilem hominum multitudi-
nem tandem conuenturam existimas? unde uero
omnibus uictus suppeditabitur? ubi tantum fru-
menti inuenietur? aut unde tot oves, boues et por-
ci adducētur, quibus omnes uictent? Quot tan-
dem hominum millia in uniuerso orbe saltē in-
tra ducentos aut trecentos annos mortua sunt?
ut omittam quot myriades intra tot mille atque
iterum mille annos obierint, ut dubitandum
non sit, quin omnem commeatum et annonam
uno saltē die absūpturisint. Præterea unde

Resurrection
nis subsanna-
tores que
proferant.

HOMILIAE D. MART. LVT.

omnes amictum & uestimenta accipient, & relia
qua quæ uictui quotidiano sunt necessaria? Vide
mus enim quam arcte & ægre nunc nos sustenem-
mus his rebus quas habemus. Quid autem futurū
erit mundo iam tanta multitudine paſſim reple-
to, ubi unicuique uxor, liberi, familia &c. habenda
est? & semper propaganda soboles atque augen-
da, mundus hic cito erit angustior, quam ut nos
capere possit ut silentio præteream unde pro ho-
minibus & animalibus alendis tantum omnis
generis fructus producere possit.

Imo quid tandem futurum erit, si nobis ita co-
ueniendum erit, & simul uiuendum, sicut iam ui-
uimus? Nam me surgente, pariter & uxor mea,
& liberi mei, quinetiana mater & pater, et avus,
& atavus, & tritavus, & sic deinceps ceteri re-
surgent. Resurget etiam dominus aut princeps
meus, & illius pater & patris pater. Vbi autem
locorum omnes Cæsares, reges, proceres & prin-
cipes manebunt? Nunquid omnes pariter sicut
ab una stirpe orti sunt, unius ditionis aut regni ad
ministracione fungentur? Nunquid in una ciuita-
te tot magistratus, in una domo tot patres famili-
as, tot serui, tot ancille erunt, sicut ante longa serie
ducta per tot familias fuerunt? Insuper cum uiro
plures fuere uxores, has ne omnes ad se recipiet?

Quo-

Quomodo inter se diuident, si omnes una uiuere oportet, & se se alere de uno eodemque patrimonio ex hereditate a patribus & patru patribus, usque ad natos & natorum natos relicta? Quis alteri attribuet aut redditurus est, quae hereditate consequitus est? Talia & multò plura inepita absurdia ipsorum intellectum consequi necesse est, si omnibus hominibus ab initio mundi natis & mortuis corporaliter resurgentur, sicut iam uiuimus. Et huiusmodi questionibus plurimū sapere studebant, ac mirificam eruditionem & sapientiam præse ferre, atq; hunc articulum funditus cuertere, ut pro nihilo prorsus haberetur. Itaq; non parum multos iam persuaserant, hanc non fuisse Pauli mentem & sententiam, nec ab illo Paulum hactenus recte intellectum, quippe sub cuius uerbis aliud occultius lateret.

Diuus autem Paulus ipsorum ignorantiam a pertissimis uerbis refellit, ac oēs eiusmodi questiones & argutias reiicit, qualia corpora habiturū simus, tum quomodo quadrabit, si corpori ita endum & bibendum, expuendum & mungen- dum erit, scabies habendæ & fricationes tolerandas, eidemque si cibus digerēdus, si pedendum erit, algendum & sudandum, in lecto decumbendum & multa morborum genera, sicut nunc, serenda

HOMILIAE D. MART. LVT.

sint. Adhæc si quisq; maritus, uxor, seruus, ancilla,
aut princeps esse cogatur, qualis ante fuit, &
si qua id genus sunt alia. Ad hæc omnia breui co-
nditio futu pendio sic respondet, nihil tale prorsus (inquietus)
reuite qua= futurum erit, neq; hoc neq; illud: sic autem age-
tur, quicquid homo creatus est, hoc homo mane-
bit, siue masculus fuerit siue foemina. Ita enim De-
us, inquit scriptura, eos creauit, masculum scilicet
& foeminam, cuius consilium nunquam fuit nec
est creaturam suam mutandi. Quocirca ident
corpus cuiusq; hominis manebit, sicut ab initio
creatum est. Sed ita, ut nunc, non edet nec bibet,
nec alia que hæc sequuntur faciet: non dabit o-
peram procreandis liberis, non studebit rei fa-
miliari, nec magistratus imibit &c. Discrevit e-
num inter se Deus creaturam aut naturam, & of-
ficia aut status in terris post creationem ordinat-
os & constitutos. Itaq; corpus suam naturam re-
tinebit, sed no itidem etiam usum corporis. Neq;
enim creationis opus est, hominem seruum esse,
aut ancillam, aut patrem, aut matrem, dominum,
regem aut principem, sed ordo quidam creatu-
ris regendis institutus. Ideo tantum id quod in ho-
mine creatum est cum omnibus membris, perse-
ste manere oportet, neq; tanen usum earum re-
rum habere, quibus nunc opus nobis est: neque
enim

IN XV. CAP. I. CORIN. 128

qui quicquam his egebimus, non edentes, non
bibentes, non concoquentes, non simul concum-
bentes, non liberos procreantes, non agricul-
tare operam dantes, nullam &conomiam aut po-
litiam exercentes. Et in summa, omnia hæc finem
accipient, quæcunq; sunt rerum temporalium, &
quæcunq; ad hanc transitoriam uitam & momen-
tanea opera pertinent. Sicut idē Christus Matth.
12. docet: Neq; matrimonium contrahunt, neq;
elocantur, sed sunt sicut angeli Dei in cœlo.

Hec gentiles illi & huius mundi sapientes
non intelligunt: neque enim longius prospici-
unt aut cogitant, quam quantum suo porcino in-
tellectu possunt assequi, id quod in hac uita ui-
dent, ita ratiocinantes. Si homini denuo reui-
scendum est, tum etiam denuo illi edendum &
bibendum erit, quo enim pacto aliter posset uiue-
re? iam si nobis conueniendum est, unaq; uiuen-
dum, que natūrā orietur confusio, que inordina-
tio subsurget ut optabilius foret mortuos sub ter-
racere nos potius, quam in tali cōfusionē uiue-
re. Ideo certū est resurrectionē pro nihil haben-
dam esse: quocunq; enim pacto intuemur, ueritati
minima cōsentanea uidetur. Sanè uero si rationē
consulis, tum nō quadrat, quæ futuræ uite sit cōdi-
cio, qua de nihil nouit nec nosse potest: atq; adeo

HOMILIAE D. MART. LVT.

Vitæ future
status.

uerum esse non negamus, si nihil aliud futurum so-
ret, quam quod nunc est, neq; mibi aliam uitam
optanda putarim. Sed non faciendum est iudi-
cium secundum rationem nostram, sed secundum
Verbum Dei, quo docemur qui rerum status futu-
rus sit, nimirum quod non hæc uetus & cadueui-
ta, sed noua, pura & immortalis uentura sit, in
qua uenter nullo uictu, nec corpus ulla necessi-
te opus habebit ad uitam sustinendam: nec ullum
erit amplius officiorum aut statuum discriminem: no
erit princeps, non dominus, non prædicator, non
subditus, sicut supra quoq; dictum est, sed omnia
in Deo habebimus, qui erit omnia in omnibus.
Ideo longe aliam uitam, multo pulchriorem, ame-
niorem purioreq; esse oportet, nullis defectibus,
nulla necessitate implicatam. Quid enim eximis
Deus fecisset, si non alia et multo melior uita no-
bis speranda foret, quam hæc ipsa, in qua tot ma-
lis, tot sordibus obnoxij uiuimus? Quamobrem
uero prædicaremus, tot tantasq; acerbitates &
serumnas pateremur, si nihil præstantius nobis fo-
ret propositum? Im uero hec uita prorsus abo-
lenda est, manentibus creaturis & corporibus
tam uirorum quam mulierum in pari statu &
conditione.

At enim illud quoq; in confesso est, sicut in sea-
quentia

quentibus plura dicemus, etiam in futura uita di- Discrimen in
scimen fore, pro modo laboris & uitæ quan hic futura uita.
træfegerunt. Nam quod Paulus fuerit Apostolus,
Samuel aut Esaias Prophetæ, & similes, fiet ut ali
us alio plus claritatis habiturus sit, ut qui plura
in officio suo egerit & passus sit. Ita proba illa &
pudica Sara seu Rachel cæteris mulieribus haud
dubie præcellet, neq; tamen aliam uitam aut con-
ditionem habebit. Itaq; cuique discriminatim sui
honores pro officij magnitudine attribuentur. Et
tamen unus Deus & Dominus pariter erit in o-
mnibus, atq; uniusmodi gaudium & beatitudo. Se-
cundum personam nemo plus habiturus est alte-
ro. Sanctus Petrus plus me & te non habebit: o-
perum tanen gratia discrimen erit. Neque enim
Deus id per diuum Paulum exequutus est, quod
per Esaiam fecit, & contra Idcirco quisq; suum
opus secum feret, quo lucebit, & Deum laudabit:
unde dicetur, Diuus Petrus plus operatus est, q
ego aut aliis. Hic uir aut hæc mulier ita uixit, &
tantum fecit. Atq; ut in pauca conferam, omnia co- Que parit,
ram Deo erunt paria in fide, in gratia, & uita & que non
celesti: in operibus autem & illorum honoribus
discrimina seruabuntur. Sicut exempli causa ex
eodem ferro iam securis fabricatur, iam clavis,
hic clavis, alibi scra, omnia eiusdem quidem sub-

HOMILIAE D. MART. LVT.

stantiae, uarij tamen usus et opera, sicut ex codice
luto multimoda uasa ducuntur et finguntur.

Hoc in summa responsum est, quod huic questi-
oni seu obiectioni Paulus respondet, idemque tra-
ctat ferè ad finem usque huius capitatis, partim cuius
modi corpora post resurrectionem habituri si-
mus, partim quæ uita sit futura: nimirum quod cor-
pori glorificato et clarificato, nec ullis defectibus
obnoxio surgendum sit, quodque nihil earum rerum
amplius egebimus, quæ ad hanc temporariam ui-
tam fuere necessarie: attamen claritatis amplitu-
dine discriminati erimus. Porro ad hanc rem de-
clarandam comparisonibus utitur. Etenim ratio-
ne non intelligente modum resurrectionis, nec uer-
bo credente, sed tamen sapere nimium uolente, res-
craffis et rudibus comparisonibus ex hac uita
desumptis explicanda et ratione obstruendae
est, quibus uisis et palpatis fateri cogatur, non in-
ta rem agi, sicut ipsa somnata. Sunt autem initio
comparisonem à seminibus è terra crescentibus,
sic inquiens: Stulte, tu quod seminas non uiuifica-
tur, nisi mortuum fuerit. Et hoc quod seminas,
non corpus, &c.

Quibus uerbis iratum se indicat, et molestissi-
mè ferre inanum loquitorum nenia, pre im-
modica sapientia resurrectionem subsannantes,

ut in hæc uerba indignanti animo prorumpat
 reuidetur, Stultus, ut qui dicere uoluerit: ex tuis
 ipsis uerbis planum fit, hominem te esse stultiissi-
 mum, & nihil prorsus credere, uelle tamè in hac
 remultum pro tuo stolido capite sapere. Nam ille in scriptura Stultus quis
 le in scriptura stultus dicitur, qui in rebus diuinis in scriptura.
 non ad amusim & regulam uerbi Dei, sed secun-
 dum captum rationis & sensuum iudicat, sicut
 res uidentur & palpuntur, et humano intellectu
 comprehendendi possunt, id quod boui & sui quoq;
 proclue factu foret. Non secus & in hoc facis ar-
 ticulo, uidens & intelligens in hoc seculo uiro &
 mulieri unà uiuendum esse, familiam gubernan-
 dam, rem familiarem parandam, arua colenda, li-
 beros procreandos, pro comparatione uictus
 & amictus laborandum, &c. statim concludis in
 celo eadem fieri oportere: nec quotidianum ex-
 plum cernis, qui fiat ut singulis annis frumentum
 in capis renascatur. Etenim si ratiocinari uelis se-
 cundum id quod uides frumentum in horreo aut
 sacco inclusum esse, ac uidere postea nū aliqd ex-
 cresceret, uoto atq; expectatione tua haud dubie
 frustraberis: neq; enim quicquā ita enascetur, sed
 perpetuo ita, ut semel sacco infusum, manebit.
 Sed si fructum debet producere, uade & in agrū
 semina, ac sementem occatione obrue, ac mox

Comparatio
à seminibus.

HOMILIAE D. MART. LVT.

uidebis alio corpore enasci, ita ut dicere nequedest,
hic meum semen stat, ut antehac in sacco fuit. Si
quidem in terra contabuit, & in nihilum redactus
est: nihilosecus tamen in computrescendo & con-
tabescendo primitus infra radices agit, superne
autem emergentem culmum protrudit, & elega-
tem spicam nouis granis refertam. Atque ibi pri-
mum granum ita prorsus computruit, ut de coni
hil reperiri queat, & tamen nouum frumentum
ex eo natum est.

Hæc quotidie palam uidemus, estque; ita cōnu-
ne & vulgare opus, ut propemodum dedecus sit
talibus comparationibus uti: neque; tamen pudet te
adhuc multum querere & disceptare, quo corpo-
re resurrectari simus? Non animaduertis eius rei
speculum & imaginem oculis tuis esse proposita,
qua rem istam palpare queas. Nam si hoc ex mo-
dico & mortuo uno aliquo grano potest efficere,
quomodo non posset idem nobis, quibus cœlunt
ac terram habitandam creavit & tribuit, longe
meliorum & præstantiorem uitam constituere? Ia-
deo nimis uerordem & stultum omni iudicio ca-
rentem te esse oportet, cum hæc coram depicta,
& sensibus comprehensibilia solus nō intelligas,
quomodo unumquodque granum suam formam &
totum corpus amittat, ita tamen ut multo pulchra
111

Ingenij huma-
ni uerordia.

us prodeat denuo folijs, culmo, aristis nitidissime exornatum, Quod tibi maxime mirandum uideatur, si prius non uidisses. Iam autem credere gratiaris, Dic cum promissis suis non staturum, nempe quod ipse nos excitaturus sit, et clariores ac nitidiores nos facturus, quam illa creatura est, qua de re infra plura audiemus.

Vide uero quam artificiosus et industrius pector sit diuus Paulus, qui in omnibus in terra crescentibus resurrectione depingit, omnia hoc uerbo (quod seminas) complectes sata et semina. Ad exemplum et picturam ea usurpat, qua hunc articulum adumbrare et oculis proponere nititur. Quanquam hactenus satis superque scripture testimonio resurrectionem confirmarit, ut nemini dubia aut obscura esse possit, sed planè persuasa et certa facta. Nam qui non credit, nec uerbo Dei, et exemplo seu experientia coepit in Christo resurrectionis mouetur aut persuadetur, ille exemplis etiam et similitudinibus frustra docetur. Christianus contentus esse debet, Verbum Dei audiens, quod denuo ipsi a mortuis excitato in uitam prodeundum sit, uita, corpore et omnibus sensibus praedito: et haec ita certa et uera esse sumere, quandoquidem Deus haec locutus est, nec ultra in questionem uocare, quomodo nobis re-

Christianus
contentus
Verbo.

HOMILIAE D. MART. LVT.

surgendum sit, sed Deo commendare. Nam qui uero uerbo potest omnes mortuos è gremio terre excitare, ille ei rei peragendæ formam & modum conuenientem quoque nouit tribuere, cœlesti illi & æternæ uitæ seruientia.

Attamen pro ulteriori confirmatione huius articuli, etiam in hanc disceptationem se immittit, quomodo fieri debeat, temporalibus creaturis demonstrans & indicans, potissimum uero ihs, quæ è campis excrescunt, atque etiam cœlestibus creaturis, sicut infra audiemus. Qui enim uerbo Dei credit, quod Christus resurrexit, quodq; nos per ipsum resurrecti simus, illi tales comparationes etiam nō sunt inutiles, ut preciosum aliquod scriniolum, in quo hunc de resurrectione articulum recondat, & secum circumferat.

Comparatio rat. Ad hoc enim comparationes & imagines uenum & similitudinum uis surpantur, ut audientes doctrinam certius & firmius apprehendant, & animo infigant, ut quotidiane oculis patent, & in memoriam nobis doctrinam reuocant. Sicut Scriptura Christum & Ecclesiam depingit ut sponsum & sponsam. Quia in re tale exemplum et comparationem usurpat, qua sumnum fidei nostre articulum complebitur, ut hoc facilius & iucundius à credentibus comprehendi queat. Nam qui hoc non antè credit,

dit, Christum esse Seruatorem nostrum, cuius opera & beneficio iusti, puri, sancti, & prorsus unum corpus cum eo facti sumus, illum etiam hæc comparatio parum mouebit.

Ad hunc modum hoc loco etiam Paulus suam de resurrectione doctrinam, quam hactenus tradidit, pulchris & aptis comparationibus illustrat, quibus homo etiam simplici ingenio praeditus, hunc articulum haud difficulter intellectu assequi & retinere potest, cum ita communes sint & usitatæ, ut quotidie cernantur. Ideo quoties ruri agricolam serentem conspicueris, toties imaginem & formam uides, quomodo Deus mortuos sit excitaturus, sed necesse est ut ante huic doctrine fidem habeas. Hac enim comparatione inductus facile cogitare potes, Deum eiusmodi esse agricolam, & te ipsius esse granum, quod in terram projectit, ut de integro multo pulchrius & splendidius, quam projectum fuerat, prodeat. Est autem Deus multo melior & potentior agricola, quam in campo aliquis rusticorum: ac saccum habet ex humero pendentem plenum seminibus, quæ nos homines sumus, quotquot unquam ab Adamo procreati & procreandi in terram uenimus usq; ad summum diem: hos passim in terram seminat,

Deus Agricola,
nos grana.

HOMILIAE D. MART. LVT.

ut casu apprehēderit, tam viros quām mulieres,
tam magnos quām paruos, senes & iuuenes, &c.
Siquidem nullo nos habet discrimine, & uniuersus
mundus nihil aliud ipsi est, atque pannus ille,
quē rusticus seminat collo circumfert. Ideo quo-
ties accruatim homines aut correptos peste, aut
absumptos bello, aut alia plaga sublatos mori si-
nit, tum in saccum manum inserit, & manu ple-
na seminat.

Agricola se-
minator.

Iam uero quid animi obtinet aut cogitat bonus agricola, quoties frumentum suum ita dissemnat, & res ita appetet, tanquam inanem sumat operam, & ipse uesperanus uideatur, quod ultro ac temere frumentum suum dilapidet? Quare hoc ex ipso, & statim respondebit tibi, se non ideo frumentum proiecere, quod uelit illud aut perdes re, aut sinere perire, sed quod breui longe pulchrius & copiosius id prouenturum speret. Iam quidem in præsentiarum appetet, quasi frustra in uentum uolucribus & uermibus manducandū & arrodedū spargatur, sed expectandum astas uenerit, tum uidebis quanta copia & scenore reuascetur, ita ut una manus plena decem, unus modius sex alios pensaturus sit. Et hæ rusticis cogitationes sunt, non respicientis aut cogitantis, qua modo grana in terram cadant & emoriantur, ut nihil

nihil inde fructus sperandum sit, sed futuram æstati
tem expectat, quæ multa usura sementem ipsi pœ-
sabit. Estq; eius frumenti ita certus & securus, cuī
recrescēdum est, ac si iam corām oculis maturum
terneret, imo multo certior futuri, quā eius quod
in promptu est. Alioqui ita nunquam insaniret,
quod nequicquam paratum frumentum uelit
projcere,

Hoc exemplo nobis inductis quoq; descendū
& cogitandum est, coram Deo perinde agi, cum Morituris
hic aliquot, alibi iterum aliquot in cæmeteria pro quæ cogitanda
̄icit, aut hodie me, cras aliud apprehendit, atq;
ita subinde hunc antè, alium post, ut sua grana aut
semina in terram seminat. Et hoc non aliter intue-
mur, atq; si de omnibus talibus plane æclum sit, et
habenda sint iam perpetuo conclamata corpora.
Ipse autem longe aliter uidet & cogitat, ac tan-
tum hoc facit animo, ut hæc ipsius grana ad amœ-
nam & futuram æstatem post hanc ærumnosam
uitam, omnium nitidissime iterum in lucem pro-
deant, Cuius rei ipsi tanta est certitudo, ac si iam
peracta esset. Nobis autem ideo hæc scribuntur,
& tam amabili comparatione depinguntur, ut si
miles cogitationes animo complectamur, ubi no-
bis agenda erit anima: nec quicquam moucamur,
tametsi aliud non uideamus, quam quodd terra eō

HOMILIAE D. MART. LVI.

tegendi simus, nec præter ciulatum & ploratum aliud audimus, quasi de nobis prorsus actum sit. Sunt itaq; eiusmodi humanæ cogitationes ex animo cijciendæ, & cœlestes in corde plātandæ, ut non sepultos esse & perijisse mortuos, sed semi natos & plātatos esse dicamus, idq; à Deo ipso ut grana aut semina sua.

Cogitationes
de futura ui-
ta ex uerbo
Dei sunt cer-
te.

Neq; enim hīc secundum sensus nostros, sed uerbum Dei iudicandum est. Sicut nec de corporali grano, quod seminatur cogitamus, ut in terra ram protectum uidemus computrascere, sed secundum id quod scimus quod ex eo nasciturum sit, licet eius recrescendi nullum adhuc appareat uestigium. Etenim tales cogitationes non sunt nostra figmenta, sed quemadmodum in temporaneas uita nostras cogitationes ex operibus Dei sumimus & haurimus, quæ quotannis coram oculis cernimus, ita quoq; hoc loco de futura uita loquimur secundum uerbum diuinum: sunt autem he cogitationes ueraces & certæ. Atq; ubi tempus uenerit tam certa hac omnia contingent, quanta certitudine creaturas & opera eius in terris eue nire uidemus.

Eam ob rem sanctus Paulus diuinus magister habendus est, quòd hunc articulum tam apte & gratiōse depinxerit. Siquidem hanc picturam nul lus

lus mortalium nouisset, ut ex eo quod omnes ho-
 mines mortuum iudicant, imaginem uitæ effinx-
 issent, idq; ita adumbraret rebus tam communibus
 & leuis, nempe in omnibus seminibus aut gra-
 nis que seminantur. Itaq; mors hominis aliter in-
 tuenda non est atq; granum, quod in terram pro-
 jectum fuerit, quod si per se uidere & sentire pos Mors homi-
 sit, quid ipsi accidat, cogitaret haud dubie quod nisi ut granum
 ipsi perpetuo pereundum foret. Aliud tamen au reputanda.
 dixerat ab agricola ipsi persuadente & affirman-
 te, quod iam stet & crescat bellissime culmo &
 spica præditum. Ita nobis quoq; hoc cordi inscul-
 pendum est, ut cum sepelimur, non mori aut mor-
 tem oppetiisse dicamur & periisse, sed satis &
 plantatos esse, ut hoc ipso quo morimur primum
 emergamus & excrescamus in uitam nouam &
 immortalem. Est autem nobis deinceps de morte
 & sepultura loquentibus noua lingua discenda,
 ut quum morimur non mortui esse, sed ad proximam & estate seminati dicamur, & sepultura seu
 coemeterium non mortuorum receptaculum, sed Moriet se-
 ger plenus granorum, quæ Dei grana dicuntur, minare
 quibus iterum uiresentur & crescendum est iō
 ge delectabilius, quam ullius hominis animus po-
 test comprehendere, nominandum est. Haec non
 humana aut mundana lingua est, sed diuina & co-

HOMILIAE D. MART. LVT.

lestis: neq; enim ullis in libris omnium eruditiorū
et sapientum reperitur. Perlustra omnes histori-
as, omnium philosophorum monumenta et lucu-
brationes, omnium iureconsultorum sinuosa uo-
lumina, nullum uerbum, nullam lineam huius pi-
cturæ aut lingue inuenies, quod ex morte alia ea
que noua et immortalis uita sit uentura, quodq;
homines mortui seminati esse dicantur. Sed om-
nes pariter uno ore mori perpetuo periisse et in-
nihilum redactum esse dictitant, ita ut nihil amplius
uesperandum aut expectandum sit. Hos sequun-
tur etiam illi, qui in Epicuri casta se coniecerūt,
homines Lucianici ~~regi & deo~~, tam sacerdotes
quam nobiles, rustici et ciues, qui dicunt, ueristi-
mille non esse ut duo sint in eodem corpore, Quis
bus haec lingua planè peregrina et inaudita est,
quoties de resurrectione mortuorum, et uita en-
terna aliquid inaudierint.

Christiani no- Ceterum Christianis haec lingua trita et usi-
uam linguam tata esse debet. Cum enim tales sint homines, qui
callent: amplius humano more non uiuant, sed cœlesti, ut
filij Dei et angelorum socij, alia quoq; lingua illis
utendum est. Ideo aliud quoq; magistrum habet,
nampe Spiritum sanctum, quo docente per Vera-
bum Dei hanc linguam sonare et intelligere dis-
funt, cuius uetus est in regno cœlesti. Itaque cum
uidero

Videro patrem, aut matrem, fratrem aut sororem, liberos aut amicos meos sepeliri, ac humum conegi, ibi tum mihi ut Christiano nefas est dicere. Hic olens & putridum cadaver, aut ossa iacet, sed hic charissimus parens meus, aut dulcissima mater mea, aut mei liberi, seu amicus aut princeps & dominus meus, &c. humatus iacet, apud quem ego hodie aut postridie me dormiturum spero. Quid autem sunt? grana mera sunt, quibus mox reuirescendum & recrescendum in immortalem & incorruptibilem uitam translatis amoeniore viriditate, quam herbescentia & uiridantia fate appetente uere uirere & uigere conspiciuntur. Ad hunc quidem modum cœlesti lingua de morte diximus, qua Deus & angeli uti consueuerunt. Quapropter quanquam mundus hanc linguam non calleat nec intelligat, nobis tamen ea discenda est, & oculi purificandi, ut secundum Dei uerbum intueamur, deq; ea recte loqui noscamus.

Ecce hec illa pictura seu imago est, quam Paulus nobis Christianis spectadam proponit, qui ante uerbo Dei de isto articulo credidimus, ad quam recte deliniandam uniuersa penè creatura uideatur, exemplorum copia nos obruens, ut quocunque oculos uerterimus, comparisonum & exemplorum abunde uideamus. Ex quo quiuis eti

HOMILIAE D. MART. LVT.

rusticus legendi imperitus, quotidie hunc articula-
lum paſſim uidere potest, & habere in manibus,
ac tantum nos palpare. Et in summa, tot uia re-
surrectionis testimonia habemus, quot grana ſue
ſemina in agris aut hortis enaſci uidemus, ut dicē-
dum nobis fit, hic paſſim uita ex morte prouenit.

Age uero & hac hora hortum ingredere, &
uide qui in ea omnium herbarum ſtatus ſit, quomo-
do illae cum arboribus crescent, et uidebis cuncta
Herbae atq;
arbores quo
modo intuen-
da.

effe emortua. At enim ſi eundem appetente uere
ingreſſus fueris, tum longe aliam uidebis faciem,
nempe omnia uirere et uigere, ac plena effe amœ-
nitatis & delectationis, ſi huic horridæ & squat-
lenti hyemi fuerit comparata. Num existimas mi-
nus opus fore aut miraculum, ſi ante oculis non u-
ſur paſſemus, ex minimo nucleo pyri aut pomi ma-
ximam arborem producere, qui pro uno nucleo
aliquot millia pomorum aut pyrorum repende-
ret? Sed hec animaduertenda et curanda nō ſunt,
fed prætereunda, & omnes fructus ingratiſſimo
animo deuorādi, ſicut ſus per agrum curſitat, aut
in horto terram egerit, & quicquid inuenit de-
uorat. Verum eniuero qui ſus eſt, ſus maneat. Ta-
lis n. imago porcis depicta nō eſt, neq; deſcripta,
ſed ijs qui Christiani ſunt, ut inde uoluptatē & de-
lectationem capiant, quoties ita delectabilē uiro-
rem

rem & fructum confixerint, & dicant, Euge
 quae res est iucunda & amabilis? quanta delecta-
 tione uiret, uiget & crescit hic flosculus? quanta
 erat huius loci ante paucos mēses squalor & ina-
 moenitas, omnibus frigore enētis & emortuis?
 Quanta uero est Dei nostri uirtus & potentia,
 qui ita squalentem, ita horridam & emortuam
 hyenam in tantam amoenitatem ac delectationē
 nouit conuertere? Age quæso quid his rebus innu-
 it aut significat? Ego plane in ea opinione sum, ut
 putem hæc omnia nostri gratia facta esse, ut his
 rebus illum cognoscere discamus, qui sua opera
 pro exemplo nobis proposuit, ut indicaret, quid
 nobiscum facere decreuisset, quorum gratia hæc
 omnia condidit. Cum enim quotannis ē mortuo
 nucleo & semine tam iucundos flores & fructus
 producat, idem multo certius nobiscum faciet, ubi
 nos etiam sub terra conditi iacebimus, & iam tē-
 pus uenerit nouæ & æternae æstatis inchoandæ,
 qua nobis longe pulchrioribus factis in lucem
 prodeundum est.

In hunc modum Christiani loquuntur cum ar-
 boribus florentibus, & omnibus alijs que ē terra
 edūtur: neq; enim solum id spectant, ut decerptos
 fructus tanquam porci deuorent, sed opus Dei in
 illis depictum religiose cōsiderant, quod in nobis

HOMILIAE D. MART. LVT.

Resurrectio-
nis articulus
confirmatur
ex creatu-
ris.

operaturus est: Atq; hunc articulum harum rerum contemplatione certius apprehendunt, ad maiorem fiduci nostrae confirmationem, quam ante scripturarum testimonio funditam dulicimus. Nam quibus uerbum Dei non est, quaquam talia opera Dei in creaturis quoq; uideant, quomodo omni: è morte crescentia proueniant (sicut gentili: philosophi idem acute perspexerunt & descrips: ferunt) huius tamè articuli confirmationem in illa Pauli pictura nobis diligenter commendata esse debet, ut resurrectionem ex mortuis probe animo insculpamus, & hanc nouam & cœlestem lignam studiose discamus.

Hæc prima similitudo est siue comparatio, qua Paulus respondere coepit inceptæ interrogati: oni atq; inani loquacitati eorum, qui resurrectionem subsannabant, quærebantq; quemam uis: ta futura esset omnibus mortuis resurgentibus, eu: cuiusmodi corpora habituri forent. Obiurgat autem illorum rudem intellectum, propter cras: sas illas & carnales atque gentiles cogitationes, quod rem alijs oculis non aspiciant, nec aliter cogitent de future uitæ ratione atq; presentem ui: dent. Deinde sapientia sua inuestigare uoluit, quo modo sit possibile corpori iterum in lucē & uitam prodire,

prodire, cum nemo dicere queat, quomodo frumentum, quod rusticus in agrum seminat, iterum proueniat. Et sateri coguntur nullum granorum crescere posse, nec nouum corpus assumere, nisi prius in terram projectum fuerit, et prorsus mortuum.

Ideo non est cauſſa (inquit Paulus) quamobrem multum queras, quomodo hoc Deus fakturus sit, aut quam formam corpus habiturum, sed hoc contentus esto, quod audis quid fakturus sit, cæteralli permitte. Non, ſicut ante dixi, si corpus extitare nouit, tum eidem formam quoq; nouit adiungere. Huius tamen imaginem quandam tibi commonstrat, cuius intuitu resurrectionem nota re potes, uidenti rusticum in agris fementem facere, quod quidem non in hoc facit, ut semen in terra infruſtuosum iaceat, alioqui libentius id in horo conſeruaret, ſed haec ipſius eſt ſententia, cuius gratia facit omnia, quod speret ad proximam ætatem ſe multò plura conſequeturum, atq; ideo in terram ſpargit, ut computrefeat et abſumatur. Scit enim quod alia ratione nihil fructus inde queat emergere. Id quod etiam Christus Ican. 12. conſirmat, ubi inquit, Nisi granum frumenti dejectum in terram mortuum fuerit, id ſum ſolum manet. Si uero mortuum fuerit, mulium fructum

HOMILIAE D. MART. LVT.

adserit. Postea enim quām mortuum est, & forsan suam omnem amisit, tum primum uiuere intcipit, herbescentem uiriditatem superne protrudens, inferne radices agens, usq; dum culmo erecta geniculato fundit frugem spicæ, & nouum frumentum producit.

Non aliaratione Deus agit nobiscum, neque Quo consilio enim hoc consilio in terram nos proiecit, ut perspeliamur. petuo in ea maneamus & pereamus, tametsi res ipsa ita uideatur, tanquam prorsus de mortuis datum sit. Etenim si corpus in terra non contabesceret, nunquam inde nouum corpus exurgeret: sin autem noua forma ipsi in uitam emergendum est, tum nobis perm de atq; granis frumenti sub terra computrascendum est, & in puluerem redigendum. Ideo maxime amentem & stultum te esse oportet, cogitantem homini propterea in terra gremio manendum esse, nec eundem redire posse, qui computrascit. Aut quanquam resurgat, quod ideo hanc foedam formam retenturus sit, nec alia, quām quæ hic agit, acturus. Nam ne ipse quidem frumentū tuum seminando hoc facit, ut sic maneat, nec aliā formam cōsequatur, sed hoc animo illud in terrā deiſcis, ut pristinam formā revertat: quo nō facto, quid fructus tandem inēunte messe messuris esses? Deus aut̄ non aliā rationē iniret & nos

Nos in uitam reducendi (licet iam terra nos obtutos iacere patiatur) et sua grana proferendi, meliore et pulchriore forma, quam nunc sumus, ita ut mortalem conditionem amittamus, et in immortalē transferamur, sicut Paulus postea cōclusurus est. Siquidem hoc emortuum granum (hoc est, corpus quod nunc uiuit) ad regnum cœlestē non pertinet, nisi pristinam formam ante amiserit, et nouam induerit. Hac induita, non amplius edet, non bibet, non digeret, nihil habebit ulceris, nihil scabiei, non sordebit, non egebit uestimentis, liberos nullos procreabit, non studebit rei familiari, nec alijs operibus, quibus hic uita sustentanda est: sed haec omnia missa faciet in sepulchro relicta, ipsum factum longe purissimum. Et tu stule tuis carnalibus cogitationibus Deo eiusmodi coelum condere cogitas, ubi corpus semet quisit die perinde cibo et potu repletat, ita se uestimentis tegat, secessu purget, atq; hic facere consuevit. Intuere tua ipsius opera, quid seminando frumento efficis, hoc ipso clare disces, longe aliam future uitæ rationem fore. Hoc ipsum enim in grano deprehendis, cuius putrefactio eo seruit, ut aliam et meliore formam cōsequatur: non manente eo ita ut in terrā deiectū fuerit, nunq; fibris stirpiu; nixa adolesceret, aut in culmū surgeret et

HOMILIAE D. MART. LVT.

spicam produceret. Iam uero Deus non etiam suo grano maiora prestare posset, qui alius ac tu es agricola, qui oia & nos ipsos hoies cōdidit: cumq; ante ex nihilo nos crearit, cur non iterum e se pulchro nos excitatos uiuiscare queat, et corpus noua ac nobiliori formainduere? Maioris enim artificij opus est, ex nihilo aliquid facere, quam id quod ante aliquid est, de integro nouum & melius reddere.

His argumentis Paulus carnalē intellectum super hoc articulo refellere uoluit. Est autē hec ipsius sententia & conclusio, Corpus hominis mutari oportere, nec praesentem formam retinere, nisi ea quae ad eius essentiā pertinent: præterea nihil corū mansurum, quae praesentis uitæ sunt, sed ipsum corpus & animā, quae quisq; habuit, quemque tenturum, una cum prioribus artubus & membris uniuersis. Ceterum quibus in hoc mundo usus est, nempe uxores, liberos, familiam, heros, seruos, aetillas, principes, uictum, amictum, & huiusmodi reliqua in uniuersum hic relinquet, usq; dum omnes ē medio sublati fuerimus, & hec uita prorsus desierit, et alia melior atq; præstator orta fuerit, quae ppetuo est māsura. Quare illi audiēdi non sunt, quaritātes nū in resurrectione idē rerū et utrū status futurus sit, qui hic fuit, & unde omnibus uictus

hictus copia & aliarum rerum necessitas submini-
strabitur. Eam enim ob causam nouam uitam co-
diturus est, ut haec transitoria prorsus aboleatur.
Ad hoc autem mortis opera opus est, quæ ueniat
& dicat, tandem edendi & bibendi finem facito,
atq[ue] ad Patres tuos congregare & computresce,
quo nouam & nobiliorem formam consequaris,
sicut frumentum è terra nouum renascitur.

Non omnis caro eadē caro: Sed
alia quidem caro hominum, alia ue-
ro caro pecorum, alia uero piscium,
alia uero uolucrum. Et sunt corpo-
ra cœlestia, & sunt corpora terre-
stria: Verum alia quidem cœlesti-
um gloria, alia uero terrestrium, a-
lia gloria Solis, & alia gloria Lunæ,
& alia gloria Stellarum. Stella siqui-
dem à stella differt in gloria: Sic &
resurrectio mortuorum.

Diuis Paulus ad huius articuli confirmatio-
nem tribus comparationibus uiit, Vna est, sicut
audistis, de frumento seu seminibus: altera de
omnimodis corporibus omnium pecorum &
animalium, tum etiam uolucrum & piscium: ter-

HOMILIAE D. MART. LVT.

tia omnia cœlestia corpora comprehendit, netta
pe solis, lunæ, & stellarum, quæ omnia nobis ser-
uiunt ad hunc articulum de pingendum & incul-
candum. Iam uero pruna comparatione fatis plan-
num fecit, humanus corporibus in resurrectione
mortuorum aliam formam consequendam esse,
multo quidem ampliore & splendidiorē, quam
præsens est, non secus atq; granum, quod postea-
quam putrefactione consumptum est, longe niti-
diore forma prouenit. Atq; ut summatim dicam,
eiusmodi nouam uitam fore confirmauit, quæ cur-
elis temporibus necessitatibus exempta sit, &
quæ in Deo solo omnium rerum affluentiam sit
habitura Porro hac secunda & tertia comparaz-
tione alteram partem, cuius etiam supramentio-
nem feci, demonstrare nütitur, quomodo etiam in
futura uita multa futura sint discrimina, tū quod
quisq; in suo corpore propriam claritatem sit ba-
biturus, quodq; unumquodq; membrum suo pecu-
liari honore afficietur.

Discrimina
in futura ui-
ta

Porrò autem Paulinorum uerborum breui-
ter hic sensus est. Vides procul dubio (inquit) De-
um multimodas carnes creasse, & uiuis creaturis
dedisse, scilicet hominibus, pecoribus, volucris
bus & piscibus. Hæ tamen omnes uiuus naturæ
sunt et essentiae, per hoc quod carnes sunt et dicu-
tur.

tar. Quanquam Papa cum suis creaturis, nempe stolidissimis Episcopis, creatoris sui similibus, pi- Carnes etiā sces neget habere carnes, Romanos tamen & pisces.

Græcos, & ceteros homines doctissimos, & rerum naturalium peritos, qui hisce de rebus alia quid mandarunt literis & memoriae, satis certo constat, omne id carnem uocasse, quod unum corpus obtinuit. Iam quemadmodum hic uarie & diversæ carnes sunt, neq; tamen unusmodi forma: nam pecora aliam formam obtinet in terris, aliam uolucres in aëre, aliam pisces in aquis, præterquam quodd singulis sua sint discrimina, quibus pecorum, uolucrum & piscium carnes inter se distinguuntur. Ita in futuro quoq; seculo erunt quidem unusmodi homines, uarijs tamen inter se differentijs discreti, pro ut quisq; uixit & laudabiliter operatus est: et hæc est secunda cōparatio.

Postea uero quam de uniuersis corporibus, que uiuunt, uerba ficit, comparationes inde sumendo, in genere de alijs etiam corporibus loquitur, ac breuiter eis corporales ac uisibiles creaturas percurrit, quod genus sunt, aurum, argentum, ignis, aqua, lapis, lignum, ferrum, & similia que nominari possunt, quæq; terrenā naturam obtinent. Deinde ea quoq; quæ in coelo cōspiciuntur perueniunt, nēpe solē, lunam, stellas fixas & erraticas,

HOMILIAE D. MART. LVT.

que cœlestia corpora nominat. Iam tot terrestres
Terrestrium & cœlestes creature sunt, & tamen unaquæq; ab
et Cœlestium altera in suo genere discreta est, & semper una
creaturearum altera est nobilior atq; præstantior. Aurū quidē
discrimen in- præstat plumbo, argētum stramini, margaritæ si-
ter se. licibus. Inter cœlestes creatureas Sol multo est illus-
trior & amplior quam luna: & alia stella aliam
uincit splendore, magnitudine & pulchritudine,
quanquam omnes stellæ unius sint naturæ et cor-
poris, & in terris omnia pariter & ex æquo Dei
creature dicuntur & sunt, leuisimæ perinde ut
preciosissimæ. Nō secus in regno quoq; cœlesti di-
uersimoda erūt discrimina claritatis et glorie, u-
na tamen erit uita omnū, ut unius corporis et nē-
Corporis uni- brorū Christi. Sicut in uno corpore multa mem-
us multa mē- bra esse uideamus, quorū tamen unicuiq; suum pe-
bra. culiare nomē est & usus & officiū, omnibus tamē
pariter unius corporis communicatio & natura.

Ita iuxta Pauli regulam plures eiusmodi
comparationes inueniri & explicari possunt,
quam late rerum natura patet, quomodo Deus
ex diuersis corporibus, uniusmodi corpus effici-
at, ita tamen ut unumquodq; suum corpus habeat.
adieicto tamen discrimine, quo præ cæteris dino-
scitur, etiam in eodem genere seu natura. Si-
cuit conchæ, uniones seu gemmæ & margaritæ
diuersæ

IN XV. CAP. I. CORIN.

141

diuersa nomina obtinent, coloribus etiam & uir-
tute differentes. Ex quibus omnibus uidemus car-
nales cogitationes audiendas non esse, quasi idem
rerum status cœlestis uitæ futurus sit, qui est præ-
sentis. Si enim nobis, inquit ratio, non est eden-
dum, bibendum, cibus & potus digerendus, aut
aliquid agendum, tum corporeis membris nihil om-
nino egemus. Sin autem omnia membra corporis
nobis ut nunc habenda sunt, tum sœdam uitam in
coelo & sordidam agemus: de qua absurditate sus-
picio abunde dictum est.

Paulus autem supra positam comparationem
articulo suo accommodat & inquit, Sic & resur-
rectio mortuorum &c. Quibus uerbis tatum in-
nuit, omnes quidem cum corpore & anima resur-
gemus, sed in noua uita & forma corporis atque
membrorum. Quare neminem moueant gentiles
ille obiectiones & cogitationes, quo pacto resur-
rectio mortuorum fieri debeat. Nam clarificato
corpo, membra quoq; alia sortientur officia, &
nouum usum consequentur, tametsi eo modo illis
no utemur, sicut in hac uita consueuimus. Præterea
alius aliud claritate superabit, quo discernemur.
Sicut Petrus & Paulus Apostolorum claritate lu-
cebunt, aliis Martyris, tertius boni Episcopi aut
predicatoris claritatē obtinebit: et in summa q̄sq;

Corpo clara
rificato etiā
membra alias
officia habe-
bunt.

HOMILIAE D. MART. LVTH.

pro magnitudine operum & laborum suorum claret. Sicut in uno corpore unumquodq; membro rum suum honorē obtinet, oculi alium honorem atq; manus et pedes, et ita de similibus. Insuper in cœlo sol maiori claritate et splendore lucet quam stellæ: quin etiam stella nitidius & clarior lucet q; altera: sed tamen omnium stellarū eadem natura est, sicut nos claritatem discriminati eadē uita, gaudio, uoluptate fruemur, uniusmodi salutem & felicitatem in Deo habituri: non secus atq; stelle in cœlo pariter lucent, quanquam una plus luminis & claritatis q; altera obtineat, ac de se exhibeat. Hæc breuiter de imaginibus seu comparationibus dicta sint, quibus Paulus utitur ad docendum simpliciores, ne crassis & suillis cogitationibus ex hac uita haustis semet seducendos præbeant. Iam uero concludit, ac prædictas comparationes distis & significantibus uerbis explicat.

Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate: Seminatur in ignominia, resurgit in gloria: Seminatur in infirmitate, resurgit in potentia. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale.

Hoc loco iterum prioris comparationis mentionem

tionem facit, eamq; interpretatur. Amouet autem
 ex oculis ingentis cuiusdam offendiculi partem. Obiectiones
 quo gentiles plurimum mouebantur. Haec enim il-
 lorum obiectiones sunt & argumenta, sicut supra contra resur-
 quoq; diximus: Prima, quod Christiani ipsi fateri rectionem.
 cogantur, etiam sanctissimorum virorum, ut Pa-
 triarcharum, Prophetarum, Apostolorum corpo-
 ra iam olim ita consumpta esse, ut ne puluisculus
 quidem de illis reperiri aut cerni possit. Vide ve-
 ro cuiusmodi haec sit seminatio: Homo mortuus in
 pheretro ultra diem iacens statim olere incipit: et
 si ultra biduum in sepulchris relinquitur etiam
 uermes crescere & ebullire certū est, ex quo tan-
 ta subsequitur soeditas, quam nemo ferre potest.
 Ideo quamprimum humandus est, aut ignis iure a-
 qua absumendus, quo ab olenti & farto cadaue-
 re liberemur. Nam in terra hac nullo pacto feren-
 dus est. Iam talis facies magni offendiculi causa
 est, ut homines cogitent, quid tandem ex tali cor-
 pore denuo fieri possit, ita olente et putrescente,
 & in quo, sicut harum rerum experientes affir-
 mant, peñimi uermiculi, serpentes et bufoñes uene-
 natissimi crescunt. Quid tandem ex ijs corporibus
 renasci possit, q; in patibulo à coruis devorantur,
 aut in aquis à piscibus, bufonibus ac etiā serpētib.
 depascuntur, aut flammis in cinerem rediguntur,

HOMILIAE D. MART. LVT.

qui tandem pa&sim dispergitur. Quomodo hec omnia cum hoc articulo, nempe resurrectionis mortuorum, conueniunt?

Hec omnia, inquit Paulus, mihi quoque probe comperta sunt, quippe quae non semel vidi. Sed tamen in sententia uerbi seminis aut seminandi, si ut depinxi & interpretatus sum, nimurum quod mori seminar e & Dei granum esse dicatur. Quare hoc minime te mouere debet, quod corpus ita olet et computrescit, quodque de eo prorsus nihil reliqu maneat. Alioqui agricola quoque his uerbis tribi increpandus foret frumentum seminans. Et quid tandem ex istis granis orietur, quae in terra iacet & iam prorsus absumpta sunt? Ille uiciissim responderet, Stultus es, consilium meum non intelligens: ita enim absimi uolo, horum enim putrefactio inditum facit noui frumenti enascendi. Hoc enim animo in terram proiecit, ut formam suam amittat, & nouum fructum proferat: propterea gaudio afficitur quod sic computrescit & perit. Ita quoque hic dicendum non est, de homine mortuo, aut ossibus mortuorum: ex hoc nunquam homo de novo orietur, cum neque oculos, nec aures, nec carnem, nec pulmonem, nec epa, nec cor, nec reliqua membra habeat, sed omnia in nihilum uersa sunt. Sed ita dicunt Christiani, Stulte, ita fieri debet,

ut to

It totum corpus suam formam amittat, ac cum pelle & ossibus penitus intereat, ut omnibus conspicuum fiat nihil remansisse. Et hoc dicitur hoc loco seminari, & in corruptione seminari. Sed postea dicetur resurrexisse in incorruptibilitate, quando nouum corpus cum omnibus membris habituri sumus, quod non amplius putrefactioni & morti erit obnoxium, neque viribus deficiet, sed quod perpetuo maneat recens, pulchrum, sanum & bene fragrans, & omnibus quemque uotis concipere potest, abundet. Et hoc pri-
mum est.

Secundo, inquit Paulus, Seminatur in ignomina, resurgit in gloria. Hoc est, mortuus homo omni Seminari in
nibus modis uilis fit et reiectus, id quod coram oculis cernimus, quod nullius animalis cadaver post mortem in tantum contemnitur ut hominis. Sues & alia animalia ad hominis usum & utilitatem mactantur, aut ultro mortuis ad minimum pelles detrahuntur. Eam autem ignominiam hominis cadaver habet, ut nemo non id auersetur & fugitet, ac nares opprimat, atq; ut quamprimum sepeliatur maturet, siue is Cæsar fuerit, siue rex, seu princeps. Adhæc omni suo ornatu & de core priuatur, ac planè nudus relinquitur, cum tamen mortuis coruis sue pennæ, porcis setæ relin-

Hominis ca-
dauer.

HOMILIAE D. MART. LVT.

quantur. Huic autem adimuntur omnia, ne tora
que quidem, aut annulo relicto, immo ne filo qui
dem, sed omnibus exuitur, nisi quod lineo panno
involutur, ne tam turpiter iacens conspiciatur, ac
protinus tumulatur, ne in terris maneat. Tam
foedares sit homo simulatq; mortuus fuerit, ut si
mater unicum filium, aut rex aliquis regni herea-
dem & successorem libenter seruare, & magnifi-
ce exornare uelit, non posset propter saetore: ita
que primo quoq; tempore ipsum sepeliendum cu-
rat. Eum autem magno & interrito animo pre-
ditum esse oportet, qui solus apud demortui cada-
uer manere sustinet.

At enim his omnibus Christianus moueri non
debet: neq; enim hodie quicquam te mouet aut co-
turbat, sub oculis tibi nares esse, unde multum fac-
ditatis profluit emungendo mucro: praeter quin-
quas sordes uenter & totum corpus exhibet ca-
cando, sudando, ulcerando, fricando, & alijs innu-
meris foeditatibus. Neq; tamen ideo illis inimicus
es, neq; contemnis, sed non habita ratione tanta-
rum totq; sordium diligentissime illud exornas
auro, argento, gemmis, & uestimentis sericis. Ad
hunc modum hic quoque disce cogitare, hunc ar-
ticulum de resurrectione ideo falsum esse non o-
portere, quod tam ignominiose corpus tractatur,
sed

sed potius quo ignominiosius & contemptius
iam negligitur, tanto gloriosius & prestantius
redibit, ita ut futura gloria & amplitudo multis
modo infinitis parasangis praesentem ignominiam
sit uictura: hanc omnes creature admirabuntur,
omnes angeli laudabunt & arridebunt, ac Deus
ipse eius aspectu uoluptatem capiet. Ideo enim se-
minari dicitur, ut granum seminatur, cui non dis-
simili ratione ferendum est ut in terram projectum
occatione tegatur, pedibus calcetur, si illi post ite-
rum proueniendum est. Non secus hic quoque
agitur cum proprie Dei opus sit, quod de inter-
no nouum facturus est, ne quid in eo amplius de-
siderari queat, sed sit omni ex parte purissimum
& perfectissimum.

Tertio Seminatur (inquit Paulus) in infirmitate, resurgit in potentia. Ita enim debile & infir- Seminari in
mum corpus humanum est, ut omnia pati cogatur, infirmitate,
undecunq; tandem plaga aliqua, aut pestis, aut fe-
bricula saltet aduolauerit. Atq; ubi iam mor-
bo correptum ei prostratum fuerit, ne unius qui-
dem (honor sit auribus) pediculi aut pulicis iniu-
riam a se propulsare potest, sed omnium uermi-
um, muscarum, atque id genus animalium lumen
dibrio expositum est: nec tantum illi adest ui-
rum, ut dici possit, hoc potest facere, sed tantum,

HOMILIAE D. MART. LVT.

hoc illi ferendū est. Quomodo igitur, inq[ue]ratio,
corpus ē sepulchro resurget, ubi iam omnino ab-
sumptum & in puluerem redactum est, cuius iam
uiuī tanta est imbecillitas, tanta impotentia & de-
bilitas, ut à peste aut febricula prosteratur? Age
sanè, qui credere nolit, maneat incredulus, & sit
porcus inmundissimus. Nos autem pro compre-
hensione scimus, quanto imbecillus iam corpus fue-
rit, omnibus uiribus & robore constitutum, inque
sepulchro positum, tanto fortius & firmius post
futurum, adueniente tempore, adeo ut unico digi-
to hanc sacram edem nullo negocio portauerit,
ac unico pede maximas quasq[ue] turres loco moue-
rit: tum quod cum uastissimis montibus perinde ut
pueri cū pila lusurum sit: atq[ue] in momēto seu icta
oculi ad nubes usq[ue] saltārit, aut plus quam sexcen-
ta stadia cursu raptim conficiet. Tunc enim mera
erit potentia, ubi nunc tantum est inservit: nec
quicquam ipsi erit factu impossibile, quod in mo-
ficiendum conceperit, ut si cum uniuerso mundo
maris uelit conserere, facile uincet: tantq[ue] erit
agilitatis & levitatis, ut cū dicto & hic in terris
infra, et in cœlis supra pariter et ex æquo feratur.

Hec iā in fide expectamus, in illum diem per-
septuri: interea loci sub terra cōditi iacemus, ne-
queentes nos uel latum digitum loco mouere: qui

bus omnino ut repositi sumus iacendum est, & se-
rendum ut quisq; pedibus supra nos eat & cur-
saret, tum ut a uermibus arrodamur & serpentū
morsibus consumamur. Neq; tamen his omnibus
moueri debemus, sed rustici cogitationes obtine-
re, frumentum in terram seminantis & profun-
de obrutum iacere sinentis, usque dum computru-
it ibi tum prorsus inualidum factum est atq; eu-
nidum, & nulli rei utile. Sed nihil osecus incunte
estate emergit & exurgit pulchro culmo & spi-
ca plena granis, atq; pro uno perditō grano plus
quam uiginti aut triginta noua grana fælicissima
usura rependit, stans in arvo uentorum turbines,
pluuias, tempestates, aliaq; infinita incommoda
sustinet, nisi ubi Deus consulto calamitatem intimi-
serit, saluum permanet.

Ecce hoc tam exiguum granum aut semen po-
test, in quo nihil uirium est, & sese ante mouere
usq; adeo non potuit, quam seminatum est, nec di-
giti altitudinem transcendere iam autem tanto
robore exurgit et adolescit, ut me non raro incre-
dibilis cœperit admiratio, qui fieri posset, ren-
tam leuiculam, cuiusmodi granum est sinapis aut
papaveris, terram sic posse perforare, quam ro-
bustus aliquis rusticus acuto palo propter duri-
tatem uix perforaret: ad hoc tamen ipsum granum

HOMILIAE D. MART. LVT

num nihil habet auxiliij, sed terrā penetrat omnia
impedimenta arenæ, lapidū, glebarum obstantiū
respuens. Tantam uero potentiam Deo similiter
nobiscū agendi præcisam esse putabimus, uolēti
nos secundū uerbum suum à mortuis excitare, ut
noua potētia prædicti in lucem reduces ueniamus,
atq; ē gremio terre uiolenter penetrēmus, etiam
maximis quibusq; impedimentis obstantibus, &
montium molibus prementibus, tautum uirtutis
ac fortitudinis nobiscū efferentes, cui omnes cres-
atur. ecedere debebunt et palmarū tribuere?

Vltimo Paulus sic concludit, Seminatur cor-
pus animale, resurgit corpus spirituale. Hic ser-
mo apud nos inauditus est, qui hunc articulum nō
admodū docuimus nec tractauimus, quum tamen
Christianis debet esse admodum tritus & cogni-
tus, quippe quem tanto studio & diligentia diuus
Paulus tradit docetq;. Cum primis uero nobis
Germanis hæc uerba parum sonant, & tamen sa-
cræ scripturæ uerbis et linguae assueendum est.
Nam scriptura animale corpus tale uocat, quale
in terram nascitur, quod necessario alimento, &
ceteris ad quotidianum usum pertinentibus uti-
tur, quod genus sunt uictus, amictus, ignis, aëris,
aqua, lignum, ferrum, et cetera que etiam ab Ec-
clesiastico cap. 13. enumerantur. Verbum autem
animale

Animale cor-
pus.

anum ille *corpus*, ex Hebraico translatum est uocabulo נֶפֶשׁ Nephes, anima, in scriptura admodum cōmuni et usitato, quo non tantū ea pars hominis significatur, quam nos Germani animā uocamus, sed totus homo, sicut quinq; sensibus uiuit, Anima in scriptura.

Et alimentis naturalibus sustentatur. Et in summa anum ille *corpus* nihil est aliud. quam eiusmodi uita corporalis, quam quodq; pecus uiuit, ut recte nostra lingua dici possit *pecuinū corpus*. Siquidē corporali uita parum aut nihil ab animantibus seu pecoribus differimus, quibus eadem sunt corpora, eademq; naturae opera, quæ nostrum corpus facit: nam et ipsa quinq; sensuum ductum sequuntur, nisi quod rationis sint expertia.

Eiusmodi animale seu pecuinum corpus, quod se nutrimentis dicit, cibum concoquit, et excremēta ejicit, tum quod ad hæc corruptibile, erumnum et infirmum est, iam seminatur, inquit Paulus, cū moritur et sepelitur, in hoc, ut nouū et spirituale corpus resurgat, quod nō hæc naturalē uitā traducet, nec uictu aut amictu aut ceteris reb. egebit, et tamē ipsū uerū corpus erit: neq; n. ideo spirituale corpus dicitur, q; corporaliter nō sit uitatur, nec carnē et sanguinē habiturū, alioq; n. uerū corpus dici non possit. Sed ideo spirituale corpus dicitur, quod qđem sit uicturū, sed nō comes

Spirituale corpus quo modo futurum.

HOMILIAE D. M. R. LVT.

rum, non bibitur, non dormiturum, non concoctum, uerum à Deo solo cibandum et sustentandum, in quo & uitam habiturum est. Deinde uero ita spiritualiter in Deo uiuens etiam proibit, mirificam uoluptatem ex omnium creaturarum intuitu capturum, de quibus ita saturabitur & beatus erit, ut nullius potus aut cibi unquam sit recordatus. Ad hunc modum totius hominis cum corporis tum animæ uita spiritualis fiet, quæ ex spiritu orietur, per Deum semper duratura. Itaq; non tantum quod ad animam attinet ab illo illustrabitur, ipsumq; cognoscemus, sed corpus quoq; hæc illustratio & claritas penetrabit, ut splendore ac levitate purgato & lucido aëri sit simile, oculorum acie quamlibet longinqua loca assequatur. nec extra Deum ullius alterius ope, qua uiuamus & sustentemur, nobis opus erit, uera tamen & nostra ipsorum corpora habituri. Quemadmodum iam stellas in cœlo ita factas uidemus, ut nulla prorsus necessitate opus habeant, quæ tamen corporales creature sunt, quanquam non terrestres, sed cœlestibus corporibus creatæ.

Stellæ corporales creature

Ecce his argumentis sanctus Paulus cunctis gentiles cogitationes amouere uoluit, & formam seu faciem illam morientium multos offendentem tollere, quæ talibus cogitationibus occasionem

sup

suppeditat, infirmam, imbecillem, caducam & ca-
nundam hominis conditionem nobis exhibentia-
bus, ex quibus omnibus homini Christiano uideri
possit, hominem non alia sorte atq; quod quis pecus
mori: nec quisquam adhuc ita sapiens et doctus in
uentus est, qui inter hominis & pecudis mortem
discrimen facere potuisset. Ac uerum est, inquit
Paulus, ego tuam artem quoq; perspicio, quam ex
gentili tuo intellectu profers: imo nullam uaccam
esse existimo, quæ hanc artem non uideat. Et si in-
de prudens ac doctus haberi uis, q; hunc articulū
noris subsannare, ego certe Doctorē me esse pro-
fiteor, aut breui doctoratus insignia consequitu-
rum. Christiano autem alia ars, quam hec suilla, te-
nenda est, ut credat & iudicet non secundum rei Christianus
spectum, & sicut quævis sus intelligit, sed secun= iudicat secun-
dum id quod uerbum Dei de eo docet, nimirū de dum uerbū.
eo quod iam nec sentit nec uidet. Itaq; hic dicen-
dum non est, hominem hinc ita emigrare & mo-
ri ut pereat, & hominis uitam nihil esse aut fore
amplius quam perpetuam corruptionem. Verum
diuinus intellectus, & cœlestis lingua sic loquun-
tur, quod id quod corruptioni, ignominie, & in-
firmitati est obnoxium seminatur, ut surgat in-
corruptibile, in claritate, in potentia, utque ex a-
nimali corpore spirituale constituatur.

HOMILIAE D. MART. LVTH.

Christiano
ubi uoluptas
quærenda.

Ideo hæc diligenter discenda, & imis sensibus reponenda sunt, ut fidei certi simus, nec de illa ulum in dubium ueniamus. Siquidè nos illi sumus, qui per Baptismum & Euangelium à Deo ad Christum uocati sumus, qui promissionem habemus æternæ uitæ, qui credimus in seruatorē Christum, quod à mortuis resurrexerit. Adhæc, quod nos quoq; in supremo die iterum excitaturus sit, & in uitam reducturus non minori gloria quam ipse surrexit. Ut his omnibus animum nostrum muniamus, consolemur & fortificemus, ac iam talibus cogitationibus ludamus, & nosmet oblectemus, & futuræ ac gloriose uitæ gaudijs exhibare nus, quam suo tempore plenissime sumus conseruaturi. Hæc enim eò nobis proderunt, ut amore rerum cœlestium calescamus, nec tantopere huic manere uelimus (sicut mundus facit) sed ut nostrā fiduciam & arrogantiam in altioribus & præstantioribus bonis habeamus, quam in hac uita sic caduca & rebus adeo transitorijs, quæ tamen etiam alias nimis incerta est, & bullæ persimilis. Quocirca multo impensius assuecamus, uoluptatem, gaudum & consolationem in excellenti, et ineffabili illo thesauro querere, qui nobis in regno cœlesti paratus est & propositus.

Ex

Est corpus animale, & est corpus spirituale, quemadmodum & scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, extremus Adam in spiritum uiuificantem.

Locum ex veteri testamento adducit ad confirmandum ea, quae iam de animali & spirituali corpore dicta sunt. Sic enim scriptum inuenitur libro primo Mosis cap. 2. de creatione hominis: Formauit Dominus hominem de lino terræ, & inspiravit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Hoc uerbum Paulus ἡνὸς οὐκοντὸς λέγει sicut Hebraica lingua sonat in animam uiuentem interpretatur græca uoce + ψυχὴν σῶμα, animale corpus. Verum si tuit dixi, nobis Germanis anima ita non sonat. Is τὸν ψυχὸν τamen Hebraicæ linguae honos habēdus est, ut nō ἀρθροποιησ. nunquam illius more loquendi utamur, cùm melius interpretatione nostra nequimus. Idem itaque prorsus significant quod Moses animam uiuentē Anima uiuēs uocat, & quod hoc loco Paulus animalem uitam & animalis seu hominem dicit, sicut supra abunde ostensum uita idem est, in Hebraica lingua animā id significare, quod corporalem uitam nos, aut uiuum corpus, hoc

HOMILIAE D. MART. LVT.

est, hominem aut animal quod spirat.

Ita in Mose deinceps saepe haec dictio, omnis anima, legitur, hoc est, omnis generis animantia, quibus uiuū corpus est. Item de patriarcha Iacob dicit, quod cum omnibus animabus, quae in sua domo fuerent, in Aegyptum profectus sit, quod non a liter accipiendum est, quam cum tot uiuis corporibus, quo cum illo fuerunt. Ad hunc sensum legitur in Apocalypsi, ubi prædictit Babyloni futurum, ut non amplius emantur & uendantur in ea corpora siue animæ hominum, hoc est, uiui homines seu captiui. Ita Moses quoque nihil aliud dicit, nisi Deum homini quinq[ue] sensus insuflasse fecisse que ut ederet, biberet, concoqueret, & alia que corpori sustentando sunt necessaria ficeret. Et Paulus haec omnia ex Hebreo ~~τον Ιησον~~ transtulit.

Iam ex hoc textu Paulus colligit Antithesin seu comparationem. Cum enim Moses dicit, hominem primitus factum esse, ut naturale corpus habeat, aut naturalis uitæ uitam, intelligendū dat, aliud corpus aut uitam, quod non animale uel naturale, sed spirituale sit. Hac inter se opponit, atq[ue] ita per antithesin cōcludit. Est corpus animalc, est etiam corpus spirituale. Quibus uerbis duplēcē uitā distinguit, unam ad quā Adam primū creatus est,

Et, & hæc animalis dicitur, alteram spiritualem,
 que postea futura erat. Nam Adam primum in Vita duplex,
 animali uitam factus est: hac autem cessante, & animalis &
 alia sequente, qua de integro uiatur est, non oꝝ spiritualis.
 portebit illam denuo animalem esse, sed spiritua-
 lem. Eo modo Christus quoq; Ioan. 3. discernit,
 ubi inquit: Quod natum est ex carne caro est, &
 quod natum est ex spiritu spiritus est. Carnem to
 tum hominem uocat ex carne natum, sicut uiuit
 anima & corpore, ratione & sensibus, qui si ita
 ut est, manserit, ad regnum cœleste non pertinet.
 Si autem in coelum ipsi ueniendum est, tum è spi-
 riitu renascatur necesse est, & prorsus spiritualis
 efficiatur tum corpore tum anima, ita ut spiritua-
 lis hominis omnino alia uita sit quam hæc natu-
 ralis, eode tamen corpore seu homine manente.

Ex hoc duos Adamos aut duplices homines
 ponit, primum Adamum faciens exemplum aut
 imaginem secundi: Factus est, inquit, primus Adam
 in animam uiuentem, & hanc ab illo sumpsumus,
 plus enim parentes praestare non possunt, aut De-
 us per illos. Secundus autem Adam aliam uitam
 dare & habere debet. Itaq; cum primum Adam
 portetis, sicut sentitis & palpatis, per quem ani-
 mali uitam seu naturalē uiuitis, tum scitis spiritua-
 lem quoq; uos habituros, ubi primus esse desierit.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Ita horum uerborum sensum (Animalis & spiritualis) iuxta Scripturæ morem recte discas intelligere , non ut corpus ab anima segregandum putas (sicut nos nostro more facimus , uerbum spiritus aut spiritualis audientes) sed ita , ut intelligas corpus quoq; spiritum aut spirituale fieri debere . Sicut iam incepimus Baptismum , Corpus etiam à quo secundum animam spiritualiter uiuimus , spirituale fieri debet . cuius gratia Deus corpus quoq; pro spirituali probat & respicit , nisi quod illi hac animalis uita prorsus deserenda est , quo in totum nouum & spirituale fiat , ac tantum per spiritum uiuat . Ita Dominus noster Iesus Christus secundus Adam est , factus in spiritualem uitam , per resurrectiōnem , qui non amplius uiuit ita , ut corporalibus necessitatibus alendus sit , ut consueuerat in terris uersando , & tamen uerum corpus habet cum carne & sanguine , sicut discipulis suis uisendum semet exhibuit . Ac pro se uitam coelestem & spiritualē expediuit , ut eandē in nobis quoq; incipiatur , atq; in illo die penitus perficiat . Sicut diuus Paulus hoc ipsum copiosius in sequentibus indicabit .

At non primum , quod spirituale , sed quod animale , deinde quod spirituale . Primus homo de terra

terre .

terrenus; secundus homo ipse Dominus de cœlo.

Ex his uerbis iterum uides, Paulum hæc duo semper coniungere, animale & spirituale corpus, nec ita uelle intelligi, sicut nonnulli heretici docuerunt ex sequenti textu (caro & sanguis spiritualē regnum Dei non possidebunt) in nouissimo die resurrectionē solum spiritum aut animam saluatum iri, corpus astruentes. autem in terra mansurum. Sicut iam tum incepserant, spiritualem tantummodo resurrectionem astruentes, dicentesq; hominem simul atq; baptizatus esset resurrexisse, & resurrectionem ad corpus nihil pertinere. Non ita, inquit Paulus, mea est sententia, aperte enim & discrete loquor, spirituale corpus esse oportere. Et idem illud, quod ante animale fuit. Alioqui si tantum anima esset saluanda, tum Baptismo cui pā assignare possemus, quod peccatores essemus, & corpus ideo damnari, ut commissorum delictorum poenam luat: unde id quoque dicemus, non animam ipsam, sed solum corpus pecare, & tamen spiritum saluum fieri non posse, usque dum corpus præsto fuerit. Sed hæc uerba nullius sunt momenti & ponderis: neq; enim secundū animā tantū baptizamur, sed corpus una baptizatur: præterea Euangeliū nobis traditur, p

HOMILIAE D. MART. LVT.

quod benedicimur nō saltem secundum animam,
sed secundum totum hominem, atq; etiam ipsum
Corpus etiā corpus. Ad hæc Sacramentum corporis & san-
cti sacramen- guinis Christi non tantum sumit anima, sed ipsum
torum parti- quoq; corpus. Itaq; corpus cum anima omnium sa-
cramentorum fit particeps, manebitq; ubicumq;
in nouissimo die anima est mansura.

Quocirca nos Pauline sententie accedemus,
firmiter credentes, spiritu de corpus fore, quod
tamen ante animale corpus fuit. Perlibenter qui
dem (sicut idem alibi 2. ad Corinth .5. dicit) ue-
limus, ut simul atq; baptizati sumus, & Euange-
lium audiuimus, corpus illico per omnia sanctum
& purum foret, ne diutius nobis foret molestie.
Hoc autem ante fieri non potest, quam in illo die,
quo semel in uniuersum noua uita est emersa,
non tantum in nobis hominibus, sed in omnibus
creaturis, Interim animale corpus nobis circum-
ferendum est, nec ita spirituales euademus in hac
uita, ut sentire queamus, sed fide solum compre-
hendimus. Siquidem Deus qui nobis id promisit,
non fallet fidem & expectationem nostram, nec

Primus ho- patietur nos ne quicquam credere aut sperare.
mo terrenus.

Primus homo inquit est de terra terrenus, se-
cundus homo est ipse Dominus de cœlo. Hoc est,
puxta primi hominis Adami naturam, nihil su-
mum

IN XV. CAP. I. CORIN.

mus aliud quam caro et sanguis, et in totum ter-
reni. Est enim Scripturae testimonio de puluere
seu limo terrae formatus. Hoc si in Scriptura legi-
stis, et tale miraculum credere potestis, Adamum
a Deo esse terrae formatum esse, tum hoc quoq; haud
difficulter credetis, quod ex secundo et celesti
Adamo celeste corpus sit formaturus. Etenim ipse
partem terrae ad hominem uiuum pone, et uide
quomodo limus terrae et uiua imago, quae est A-
dami, inter se conueniant. At qui nihil aliud est
quam limus ille, qui in carnem et sanguinem, in
ossa, aures et oculos, aliaq; humani corporis mem-
bra formatus est. Iam si Deus, ex eo quod mera
terra est, hominem uiuum nouit facere cum omni-
bus membris et uiribus, cur idem non posset ex
animali corpore spirituale et celeste constitue-
re, in quo natura corporis ante parata est?

Vnde uero prima parens nostra Eva origi-
nem suam traxit, cum Deus ipsam e costâ de A-
damo sumpta formaret? Quid autem similitu-
dinis habuit tam elegans imago, sicuti ante la-
psum fuit, cum nudo osse aut costâ? Imo si expen-
dendum foret, quomodo omnes homines a pa-
rentibus procrearentur, quis crederet a talibus
mitijs hominem prouenire, nisi ipso opere con-
siceremur? Et idem Deus cum sit omnipotens,

HOMILIAE D. MART. LVT.

non posset idem corpus ē sepulchro e lucere, atque elegantius & perfectius facere quam ante fuit, cum ad hunc formandum uerbo, spiritu & opere suo usus sit. Quare ad hominem iam recte dicere possum, sicut Deus ipse ad Adamum dixit, Terra es, & in terram conuerteris: & omnes homines de terra sumpti sunt, & iterum Terra secundum terram obruendi sunt. Terra tamen non manedo elegantio bunt, sed quum ante elegantem hominem ex eam hominē formauit unā cum corpore & anima, etiam secundo longe elegantiorē ex ea & præstantiorē excitabit. Hoc enim consilio iam nunc corpus in terra finit computrēscere, ut quod terrenum & mortalitati obnoxium est, prætereat, ueluti quod natura imbecillum & foedum corruptioni subiacet, quo nouus & cœlestis homo emergat, qui non amplius terrenus, sed per omnia cœlestis sit.

His argumentis Paulus iterum uerbo & operibus Dei resurrectionem docet contra derisores, qui dicebāt, quomodo ē mortuo & corrupto atq; consumpto cadavere aliquid fieret? Plura tibi, inquit, dicere possum, quam tu mihi. Quid fuit Adam sub initium? nonne limus seu puluis terrae multo quidē longior ab homine, quam nos in se pulchro iacentes futuri sumus. Quantū discrimini-

nis est inter costā aut os et mulierē uiuam? Quām
procūl abest gutta sanguinis ab homine uiuo, qui
potens rex in terris , aut eximius Apostolus seu
prophetā sive martyr in cœlo futurus est, qui ta=men in scriptura aliter non uocatur, atq; Abraha
ni & Davidis semen, sicut & ipse Christus, nisi
quod ex uirili semine nō est conceptus. Hic quoq;
tuncta eleuare nossem & probe subsannare, si
qua excellens ars esset, sicut quidam craſi & stu-
pidi philosophi sine omni iudicio fecerunt: Heus
bone amice, sine prædicare sacrificulos, quicquid
uelint, tu modo caue credas ullam guttam sanguī-
nis in cœlum uenturam: ipse enim uide quæſo &
considera tuam originem &c. Attamen fateri co-
gor, hoc multo esse diſunctius, quod credere non
debeo, sed Dei opus corā intueor & ſentio, quod
in homine operatur, quem ad hanc uitam creat.
Alioqui Soli diu lucendum foret, & omnes ſylue
cōportandæ, neq; non omnibus creaturis antè æ-
ſiu & feruore pereundum, quām ex limo terræ
homo formaretur. Idcirco neq; hic articulus ita
grauiſ reputandus eſſet, cūm multo minus & leui-
us ſit, ex eo quod ante terrenum corpus fuit, cœleſte facere.

Qualis terrenus ille, tales & hi
qui terreniſunt. Et qualis ille cœle-

HOMILIAE D. MART. LVT.

Itis, tales et hi qui cœlestes sunt. Et quēadmodum gestauimus imagi-
nem terreni, gestabimus & imagi-
nem cœlestis.

Ecce quanta uerborum ubertate & copia As-
postolus hunc articulū declarat, quo falsis doctori-
bus os obstruat, qui iam tum hunc articulum im-
pugnabant. Comparat autem inter se hos duos
homines, sicut et supra fecit, Adamum & Christū:
illum enim primum hominem terrenum uocat,
hunc autem primum hominem cœlestem: atque
utrumq; nobis proponit, quod omnes nos ope-
rat coelesti homini Christo similes fieri, quem
admodum nunc primo homini terreno similes

Qualis terre sumus. Ceterum hæc uerba: Qualis terrenus ille,
nus &c. tales & hi qui terreni sunt. Et qualis ille cœlestis,
tales & hi qui cœlestes sunt, nō sunt intelligenda
de peccato primi hominis Adam, que ad nos ha-
reditate peruererunt (sicut quidam sed falso in-
terpretati sunt) neque de iustitia, quam Christus
habet, & nos per illum consequuti sumus, sed
in eo nos intellectu manemus, de quo Paulus lo-
qui incepit. Neq; enim de eo hic quicq; agit, quo-
modo peccatores aut iusti coram Deo simus, sed
tantum de naturali & spirituali uita corporis.

Quare

Quare horum uerborum sensus breuiter hic
est. Sicut Adam naturali uita quinq; sensibus, &
cunctis naturalibus operibus corporis uixit, ita
omnes ipsius liberi ab initio usq; ad finem mundi
uiuunt. Hec enim terreni hominis imago dicitur,
hoc est, quod omnes in ea forma, conuersatione,
actu & operibus uiuimus, in quibus primi paren-
tes nostri Adam & Heua uixerunt: neq; enim ali-
ter uixerant atq; nos, edendo, bibendo, cibum di-
gerendo, expuendo, algendo, sudando, & semet
conuestiendo, & similibus, ita ut nullum discrimen
inter nos & ipsos externis operib. fuerit. Porro
facta resurrectio hanc imaginem deponemus, &
aliam assumemus, nimirū imaginem coelestis Chri-
sti, tandem formam & uitā gestaturi, quam ipse iam
post resurrectionē suā habet, ut necesse non sit ut
pro sustentanda uita rebus naturalibus ultra fru-
mur, sed sine omnium creaturarum præsidio ui-
uemus, & corpus ipsum solis claritatem, & aëris
leuitatem superabit: & in summa ita sanum, beau-
tum & coelestibus gaudijs in Deo ita plenum fiet,
ut nullam unquam famem aut sitim sensurum sit,
nunquam fatigabitur, nunquam diminuetur.

Et hæc longe alia & præstantior imago erit
& omnibus modis preciosior, quam hec præsens Imago futura
est, quam nunc portamus. Neq; enim in illa ullum qualia.

Terreni ho-
minis imago.

HOMILIAE D. MART. LVT.

erit tedium aut fastidium aut molestia, sicut in hac
pigra, ignava & tediumsa imagine, in qua hoc one-
rosum & ignavum & molestum corpus nobis ge-
standum & ferendum est, & multo labore suspen-
tandum, sed tanta celeritate & levitate atq; cor-
poris agilitate feremur, instar fulminis totum cae-
lum in ictu oculi peruagantis, & supranubes in-
ter angelos sanctos uolabimus. Tales cogitatio-
nes diuus Paulus nobis libenter bene inculcaret,
ut iam fide assūseremus animum nostrum in il-
lam uitam attollere, ac sāpius in memoriam reu-
care, quid nobis sperandum, aut optandum, atq;
precandum sit propositum, quoties hunc articulū
pronunciamus, Credo resurrectionem non tantū
spiritus (sicut heretici dicunt) sed huius ipsius
carnis & corporis, in quo iam uiuimus, quod in
cœleste & spirituale corpus commutandum est.
Nam quod diuus Paulus toto hoc capite multis
uerbis loquitur, nihil aliud est, atque huius arti-
culi declaratio, nec docet aliud, ac duo haec uerba,
Resurrectionem carnis habere & dare.

Hoc autem dico fratres, quod
caro & sanguis regni Dei heredi-
tamē consequi non possunt: ne-
que corruptio incorruptibilitatis
hæredi-

hæreditatem accipiet.

Sanctus Paulus, doctrinam suam iam fermè cōclusit, ac satis superq; de hoc articulo loquutus Carnales co-est. Attamen unum adhuc addit uice au^tarij, uo- gitationes de lens aliquid mysterij illis reserare, quid supremo resurrectio- die, quo resurgentem, futurum erit. Huic autem ne abijciēdæ: breuem admonitionem p̄mittit, in hunc modū:

Audiuitis quidem fratres Corinthij, quomodo Pseudoapostoli hunc articulum deriserint, dum deridicule querūt, quomodo resurrecturi simus, aut quæ corpora habituri. Ideo fraterne & fi- deliter uos hortor & moneo, cauete à carne & sanguine, & omnibus quæ humana sapientia & cogitationes dictant: nec cogitate his hunc ar- ticulum uos posse aut retinere aut assequi: neque enim aliter cognoscitur quam cœlitus per fidem, quam spiritus sanctus prestare debet. Et in summa, ita uitam uestram instituite, ne per- inde ut caro & sanguis uiuatis & cogitetis, qui nihil omnino credit, & sic uiuit, tanquam perpetuo hic nobis manendum sit: sed in hoc in- cumbite, quomodo resurrectionem consequan- mini. Eiusmodi enim carnales & mundane co- gitationes in cœlum non pertinent, sed finem suum habituræ sunt.

Nam sicut supra & alibi non raro dixi, caro Caro.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Et sanguis in scriptura hominem significat cum tota natura sua, sicut ab Adamo propagatus est, et ratione sua adolescit, si per Christum et fide non renouatus est. Atque talis homo ita uiuens et manens in ueteri Adamo, nihil de Deo nouit aut intelligit, sed de Deo somniat, eundemque secundum cogitationes suas sibi depingit, ut tota uia ab eo aberret. Quemadmodum monachi Deum sibi non aliter depingunt, atque supra sedentem et ipsorum cucullas et ordinum diuersitates intuentem. Ideo neque huius articuli capax esse potest, et quo magis ualet rationis acumine, tanto minoris haec diuina estimat. Quocirca summa uigilantia tales fugite, neque enim sunt aliud, quam caro et sanguis, etiam ubi omnium sunt sapientissimi, que regni coelestis hereditatem non consequentur, quibus in totum intereundum est, usque dum nouus homo ex illis factus resurgat.

Et hic est breuiter uerus et genuinus horum uerborum intellectus: nec ualet quod quidam dicunt (dicente Paulo, Caro et sanguis regni Dei hereditatem assequi non possunt) non corpus, sed animam seu spiritum oportere resurgere: in qua opinione nonnulli fuere heretici contra Pauli doctrinam id afferentes. Neque enim dicit, corpus non resurget, sed caro et sanguis regni Dei hereditatem

Error quo-
rundam.

hereditatem non assequuntur. Vide uero ut cecitate & amentia laborarent illi, qui uerba Pauli sic sunt interpretati. Textus disertis uerbis dicit, caro & sanguis regni Dei hereditatem consequi non possunt. Hoc illi cæcutiētes neglecto, tantum hec uerba caro & sanguis aspiciunt, quibus addunt suas cogitationes, ac statim concludunt, carnem & sanguinem non resurrecturos, id quod dicto Paulo nunquam in mentem uenit, cum paulo superius aperte & significanter dixerit, uerum et spirituale corpus resurrectum. Sed ita dicit, quod caro & sanguis regnum Dei non hereditabit, id quod etiam Christus ipse Ioan. 3. confirmat.

Iam uero longe aliud est, corporaliter seu carne & sanguine resurgere, & aliud, regni Dei hereditatem consequi. Siquidem Iudas, Caiaphas, Pilatus, Herodes & omnes damnati etiam corporaliter resurgent, sed regni celestis hereditatem non assequuntur. Quid autem posset dici clarius, quam quod dicit, quod caro & sanguis, iam peccatis obnoxij, in coelum ascendere nequeant. Sicut Christus quoq; loquitur, Nisi quis natus fuerit ex supernis, non potest uidere regnum Dei: nam quod natum est ex carne, inquit, caro est. Porro Caro & sanguis in Christo baptisati, caro & sanguis non ultra non dicitur (sunt enim de nouo spiritus baptizati)

HOMILIAE D. MART. LVT.

ritu renati) quanquam caro & sanguis fuerit. Naturaliter caro & sanguis est, spiritualiter minime, cum per Christum in baptismo purificatus sit, & ad regni Dei communionem assumptus. Ideo simpliciter caro & sanguis dicēdus non est, nisi externe secundum corpus. Siquidem caro & sanguis proprie uetus homo dicitur cum sua ratione & sensibus, sicut de carne & sanguine propagatur, nec plus quicquam nouit aut intelligit, a fide, uerbo Dei & Christo alienus & abhorrens. Sicut Christus ad Petrum inquit Mat. 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi: ideo ad regnum Dei non pertinet. Sed ex hoc non sequitur, neq; inferri potest, carnem et sanguinem ideo in nouissimo die non resurgere debere, sed contrarium potius asserti potest. Siquidē ob hoc ipsum, quod caro & sanguis regnū Dei uidere nequeant, ipsi intercedendum est et moriendum atq; contabescendum, inq; noua uita resurgentum, quo regnum cœleste queat assequi. Ideo Paulus Corinthios ut Christianos, quos nouos homines esse oportet, admonet, ne in illo die ut caro & sanguis inueniantur.

Hæc autem ideo dico, ut tanquam in speculo uideamus quomodo phanatui spiritus (q; passim scripture doctores & interpretes irrefragabiles esse uolunt) in errores labantur & cœcutiant:

Ubi uerbum aliquod perspexerint, ibi os et oculos ita diducunt, ut nihil amplius nec audiant nec uideant. Quemadmodum hodie Anabaptista rum sectæ in Baptismo præter nudam aquam nihil uident, unde amentia excœcati dictitant, A= Anabaptista
 Quia est aqua. Quid uero utilitatis aqua præstaret animæ? A quam uidere possunt, ut partem baptis-
 mi, quam quilibet etiam uacca uidere potest, exi-
 stimantes eximiam & præcellentem esse sapienti-
 am, quòd dicant, aqua est aqua. Alteram autem &
 præcipuam partem, nempe uerbum Dei, Qui cre-
 diderit & baptizatus fuerit, saluus erit, apertis
 oculis uidere non possunt. Vsq; adeo os & ocu-
 los aqua repleuerunt, ut nequeant utrumq;, uer-
 bum & aquam pariter cernere. Iure uero illis ac-
 cedit, quòd in dedecus & ignominiam prop-
 terea labuntur, quodque suo ipſorum gladio
 iugulantur.

Ecce mysterium uobis dico. Nō omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur, in puncto tēporis in momento oculi, per extre-
 mam tubam. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorruptibiles,
 & nos immutabimur. Oportet

HOMILIAE D. MART. LVT.

enim corruptibile hoc induere in corruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem.

Hæc ultima est particula, qua mysterium dicit Corinthijs. Est enim probus & fidelis Apostolus, qui libenter uelit, ut huc articulum probe amplecterentur & retinerent, nec alia mani garrulitate mouerentur. Ideo arcani quiddam in aurem illis insuffrat, quod nusquam alibi scriptum inuenitur, quomodo nouissimus dies ueniet. Postea enim quam dixit, neminem hoc animali corpore in cœlum uenturum, sed ex hoc animali corpore nouum & spirituale fieri oportere, aliquis sollicitari posset & querere, quid cum illis futurum esset, qui ueniente summo die uiui reperientur? nulli sic mansuri sint, an etiam resurrecturi, quum non sepeliantur, nec sepulti computrescant, sicut hi qui antea mortui sunt.

Huic quæstioni Paulus hoc mysterio respödet, Non omnes quidem dormiemus, sed omnes immutabimur. Quæ uerba perinde sonare uidetur, Mysterium in futura resurrectione. tanquam non omnibus moriendum sit, qua in operatione et sententia plerosq; fuisse non dubito. Pauli autem mens & sentencia hec est, supremum enim ita repente uenturum, sicut laqueum, priusquam quisquam

quisquam sibi ipsius aduentum pollicetur, & in momento oculi cuncta mutaturum. Sed hac sententia non inficiatur, omnes nos morituros esse, sed ita dicit, nos omnes non dormituros. Hoc est, quos ultima hora illa uiuos deprehenderit, illi non ita gent animam, ut iij qui in lecto moriuntur, neque sepelientur. Eos enim scriptura dormire dicit, qui sepeliuntur. Hi autem ex hac uita in aliam transferentur, nec sepelientur ut ceteri, sed immutabuntur.

Siquidem græcum uerbū ἀλλαγήσομεν.
 Quo hoc loco Paulus utitur, peculiariter ita mutari dicitur, ut rem de loco in aliud transponimus, quid exempli gratia, cum aliquid ex aqua in continentem transferimus, aut ē terra in acrem. Ita quoq; in illo die in momento oculi alio in loco & alia forma inueniemur, qui illa ipsa hora ante aut domi, aut in campo fuimus: ac subito aut à mensa aut ē lecto, aut à labore, sicut ibimus, stabimus, sedebimus aut iacebimus hinc auferemur. Itaq; in momento oculi mortui iuxta ac uiui, & in totum immutati erimus, & supra in nubibus uolaturi. Eiusmodi mutationem hic Paulus innuit, quanquam hac quoq; alteram mutationem qualitatis comprehendit, de qua supra egit, qua corpus illustrabitur. Sed haec non sient, donec in isto hospitio fuc-

HOMILIAE D. MART. LVT.

rit, & in hoc uestitu obambulat, sed omnia in illo momento exuenda & conflagranda sunt, & in eo ipso puncto abripiemur.

**Locus. i. Thes
sa. 4. explica=
tur.** Hanc immutationem Paulus in priori epistola ad Thessalonenses scriptam cap. 4. latius declarat, ubi inquit, Nos qui uiuemus & reliqui erimus in aduentum Domini, nequaquam praeuenimus eos qui dormiunt. Quoniam ipse Dominus cum hortatu & uoce archangeli, ac tuba Dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurget primum: deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum Domini in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Quibus uerbis indicat, omnia pariter fieri oportere, ut & mortui è sepulchris excutentur, & nos cum illis pariter, ubicunq; locorum fuerimus, rapiamur ex hac mortali uita in immortale simul clarificandi. Et hoc hic dicit, Nō omnes dormiemus: neq; enim tantum temporis nobis concedetur, ut semper alius alium sepeliat, usq; dum omnes mortui fuerimus, sed omnes in unum congregabimur, & simul hinc rapiemur: neq; tamen ista immutatio sine morte peragetur, uerum Deus suā omnipotentem maiestatem & potētiam ostendet, qua omnia in momento oculi absumentur, quicquid uspiam est in terra, que & ipsa cum cœlo innouabitur.

innouabitur, & nos perpetuo cū Christo erimus. Reliqui uero qui non crediderunt, in perpetuis tormentis & cruciatibus damnati uolutabuntur. Et hoc per extremam tubam (inquit) faciet. Quoniam ipse Dominus cum hortatu & uoce archangelii ac tuba Dei descendet de cœlo, cuius uox cœlum & terram penetrabit, ad quam cuncta concident, & omnes mortui excitabuntur.

Et hoc est mysterium illud, quod tantum Christianis suis communicat. nam sapientes huius mundi nec norunt nec debent id intelligere. Christianis uero solis nescendū et intelligendum est: neque enim ita in supremo die aget, ut iam intelligas: cum alioqui nullum fidei nostræ articulum esse constet, qui rationi sit comprehensibilis. Nostram ipsorum naturam tum corporis & animæ caussas & rationes, quæ uidemus et sentimus, peruestigare ac percipere nequimus, unde uidemus, audiimus, loquimur, cogitamus, crescimus. Quid autem de rebus ita sublimibus intelligeremus, quas nec uidemus, nec sentimus, sed tantum fide apprehendimus?

Nam corruptibile hoc (inquit) oportet induere incorruptibilitatem, & mortale oportet induere immortalitatem. Hæc semper addere solet, ut ad pulchrum textū ueniat, quo conclusurus est.

Articuli finis
dei cur ratione
ni incompre
hensibiles.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Non solum, inquit, hinc rapiemur, omnia in ter-
ris relicturi, & perire incendio permisuri, sed
omnia quoque quæ morti obnoxia nobis innata
sunt exuemus, quæ uniuersa in momento oculi &
bolebuntur, & nos æterna claritate et gloriare
nouabimur. Mutabimur autem non tantum loci
translatione, sed etiam corpore, ut post hac immu-
tabile & incorruptibile maneat.

Cum autem corruptibile hoc in-
duerit incorruptibilitatem, & mor-
tale hoc induerit immortalitatem,
tunc fiet sermo qui scriptus est: Ab-
sorpta est mors in uictoriam. Vbi
tuus mors aculeus: ubi tua inferne
uictoria:

Ex abundantia cordis, ut proverbio dicunt,
os loquitur. Ideo Paulus tam copiose super hoc
articulo nouit uerba facere, Est enim eius plenus
& ita certus, ut præ hoc omnia cætera nihil faci-
at. Alioqui enim talia uerba ipsi non succurreret,
nisi talibus cogitationibus in corde esset refertus.
Eam ob causam in alienis auribus, quæ talibus co-
gitationibus non sunt occupatae, exotice & per-
grine sonant, nec satis significanter. Porro quem
ista quoq; habent sollicitum, quiq; de alia uita con-
sequenda

IN XV. CAP. I. CORIN. 159

sequenda cogitat, ille hæc uerba haud difficulter apprehendet & intelliget: nam ita loquitur, quasi coram astet, et de rebus præsentibus uerba faciat. Quin etiam eò nobiscum ueniendum est, quoniam Christus resurrexit, & nobis ipsius resurrectio hoc præstat, ut & nos contra peccatum, mortem & infernum dicamus. Vbi tuus mors aculeus? Et iam tantum uidemus contrarium, cum prorsus res corruptibiles circumferamus, ærumnos & miserandæ uitæ, tum etiam multiplicibus necessitatibus atq; periculis subiecti.

At enim fides Christum amplexa longe alias cogitationes sumit, & nouam uitam uidet, ac tale imaginem sibi proponit, quæ hanc corruptibilem & eruminis plenam formā prorsus abolet, ita ut nil nisi pura & cœlestis uita præsto sit. Cum enim huius articuli certa sit, noritq; indubitanter Christi resurrectionem nostram esse, tum illud indubitate sequitur, illam resurrectionem in nobis perinde efficacem esse debere, ut in ipso fuit (nisi q; ipse alia persona est, nimirum uerus Deus) ac tandem efficiat, ut nostri corporis corruptio & mortalitas exuatur & adimatur, & idem immortalitate induatur, taleq; corpus reddatur, quod nullè foeditati, nullis morbis, nulli infortunio, nulli calamitati, nec morti amplius sit obnoxium, sed quod

Fides uidet
nouam uitam

HOMILIAE D. MART. LVT.

Victoria per Christum parata. fit & sanitatem, & roborem, & pulchritudinem pre-
dictum, breuiter, in quo ne minimus quidem ne-
cessarius possit conspicere. Et haec uirtus esse debet siue
efficacia, aut quemadmodum Paulus hic loqui-
tur, uictoria per Christum parta, qui peccatum
& mortem nostram, cum omnibus defectibus, pe-
riculis, & passionibus corporis purissime tollit
& eluet.

Vita haec ueris-
tatis est. Vide uero quomodo Paulus de uita hac huma-
na loquatur, quam non ita intuetur, quasi homo
ipse sit, sed ut uestem, que homini iam portanda
est, sed postea exuenda, & alia induenda. Mortem
& sepulchrum laceram & detritam tunicam ex-
uisse uocat & abiecisse, resurrectionem uero no-
uam & elegantem tunicam induisse, que immor-
talitas & incorruptibilitas dicitur, per Christi ui-
ctoriam facta & cōtexta. Ideo enim Christi uicto-
ria facta est, qui in se omnia uicit, ut te hac ornet
& uestiat, utq; te à morte & peccatis purget, ne
Morte exui-
tur lacerare ut ea omnia aboleantur & defridentur, que cum-
stis. quid corruptibilitatis in corpore tuo hæreat. &
que illi ingessit Diabolus, aut que ab eodem uene-
runt, cuiusmodi sunt omnis generis defectus &
pericula, infortunia, errores, ignorantia, tantum
uera natura & corpore manentibus, quomodo
& Deo creatum est. Neque enim Deus ita ho-
minem

minem ab initio condidit, ut peccet et moria= Homo qualis
tur, sed ut uiuat. Diabolus autem liuore et odio ab initio cre
inductus naturam contaminauit, ut postea quam atus,
peccauit, illi tot tantaque mala strenua sint. Cæ
terum peccato per Christum sublatu, etiam nos
ab illo liberabimur, nequid amplius puri facti
mali aut molesti in terra sentiamus. Sed non alia
ratione, quam quod per mortem hanc laceram
et detritam lacernam nobis exuere et detrahe-
re sinamus, usq; dum prorsus abolita et in pulue
rem redacta fuerit.

His ita peractis, inquit, tum cōpletum erit, et
dicetur, Factum est, quod iam dicitur, scriptū est.
Fiet semel et re ipsa expedietur, quod iam iden-
tidem docetur et dicitur. Quid autem illud est?
Id scilicet quod scriptum est, Absorpta est mors
in uitriam. Vnde autem diuus Paulus hoc testi-
monium citārit, dicens scriptum esse, ego equidē
certum non habeo. Apparet quidem ex Osea ad-
ductum esse ubi ca. 13. sic dicit. De manu mortis li-
berabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua
mors, ero morsus tuus inferne: uel ut melius in
Hebreo legitur: E potestate inferni redimam eos,
a morte redimā eos. Mors pestis tibi ero, inferne
plaga seu pestis tibi ero. Hoc est, ego te ipsum oc Plaga et
cida et tollā. Nā plaga et pestis in sacra scriptura pestis,

HOMILIAE D. MART. LVT.

mortiferum & letale malum dicitur, quo aliquis
cito absimitur & perimitur, sicut qui à uenenan-
tis anguibus aut serpentibus ictus fuerit, aut quē
acuta & feruens febris inuasit, aut pestis infecit: si
cūt morsus serpentum ferè nunquam sine febre es-
se solet. Hanc opinionem Paulus respexisse uide-
tur, & breuibus uerbis perstrinxisse.

Locus Oseæ Ego tamen in ea sum sententia, ut putem ip-
sum latius respexisse, & uerbis Oseæ omnia
similia scripturæ dicta comprehendere uoluisse,
cum primis præcipuum illud quod Gene. tertio
legitur, ex quo multa alia formata sunt, ubi Deus
ad serpentem dicit. Inimicitias ponam inter te
& mulierem, semen tuum & semen illius: ipsum
conteret caput tuum, & tu punges calcaneum
eius. Vbi in Hebreo pro conterere & punge-
re unicum uerbum Τίτος ponitur, quod pro-
prie ita pungere dicitur, ut serpentes uenes-
num immittentes facere consueuerunt. Vult au-
tem ita dicere, quod serpens Christi calcaneum
icturus sit, sed cuius caput Christus uiciissim pun-
cturus est, ipsiq; letale uulnus inflicturus, sicut
Oseas ex hoc textu interpretatur. Ex hoc textu
haec Pauli doctrina nata est, Mors absorpta est
per uitoriā. Hoc enim Christus Dominus noster
exequitus est, qui uenenum & ictus Diaboli su-
potentie

potentia prorsus exhausit, & serpentis caput cōtrivit, hoc est, qui Diabolo omnem suam uim & potestatem eripuit. Ita omnia eiusmodi dicta pas-
sim in Prophetis sparsa huc referre potes, ut quæ inde emanarint omnia, & rursum huc influant.

Siquidem hoc Paulus pro spiritu sui ubertate fa-
cit & copia, ut multa dicta & sententias in unitate
conflare soleat; ac deinceps talem inde textū pro-
cudere, quem tota Scriptura confirmat, & ipsius
est sententia.

Iam ergo hoc uult dicere, Posteaquam Christus sua resurrectione ea exequutus est, quorum gratia illa fieri debuit, tum omnia facta esse dicen-
tur, quæcunq; de uictoria scripta sunt, qua cùm mors iùm infernus absumentur, nec quicquam remanebit, sed dicetur: ubi tuus mors aculeus? ubi tua inferne uictoria? Hec omnia demum non amplius prædicabuntur, nec audientur, nec creden-
tur, sed ipsi sentientes experiemur: neq; dicetur amplius, fiat, sed factum est. Interea loci his uerbis credendum est, & sciendum nobis, ea quæ ipse dixerit, certissime futura esse.

Iam uero ipsa uerba cōsidera, quām potenter ipsa scriptura suffragāte de morte loquatur, quāsi iam absorpta sit, quæ tamen omnes homines ab horbet & devorat, Quid? quod ipse se pollicet

Christus ue-
nenum & i-
ctus Diaboli
exhaustus.

HOMILIAE D. MART. LVT.

Christus moritur morti uenenum fore, ex inferno pestem, o-
tiuenenum. mine uenenum, quo peremit & infecit homines,
absumpturum, Quod quidem uenenum aliud non
est, quam illa maledictio, quæ invasit omnes ho-
mines per Diabolum incussa, qua etiam mori co-
Adami pocu- gimus. Et hoc est poculum quod Adamo propi-
lum. nauit, cuius omnes participes facti sumus, simul
atq; in lucem nati prodiuimus, idemq; omnia to-
tius corporis membra penetravit: nec obscurat
sui signa etiam externe ostendit omniugis ma-
lis & afflictionibus. Sed enim contrà Sacre lite-
ræ salutare remedium & antidotum nobis demo-
strant à Deo concessum in hoc uerbo, quo nobis
certissime promittit, se mortem uiciissim occisi-
rum, & Diabolo quoq; haustum propinaturum,
quo hausto in perpetuum moriatur, suumq; uene-
num, suas execrationes, peccata, infernū, & mor-
tem deuoret, nobis ab his omnibus liberatis, tan-
tum per hoc, quod in Semen serpentis caput con-
terens credimus, & illi adhæremus.

Christus phar- Hoc IPSE (inquit) faciam, Ego tua mors
mac i coeleste. & pestis ero. Se ipse tam turpibus & probrosis
nominibus nominat, mortis nimirum & pestilen-
tie, quæ tamen nomina consolationis plena sunt.
Nam uide quos tandem his nominibus perstrin-
git: Non est inimicus nature, sed opem se illi la-
turum

surum ostendit, & inimicos ipsius mortem ac
Diabolum perempturum. Dolet itaque uicem
nostram, uidens Diaboli ac mortis ueneno ita
nos esse absorptos & mersos, ut inde emerge-
re nequeamus. Hunc ut suum ipsius inimicum ad-
doriri cogitat, & nos ulcisci, quippe qui ipsius
opus infecit & perdidit. Ideo hoc diuinum est
pharmacum & antidotum, non ex medicorum
officiis profectum, sed cœlitus demi sum & con-
cessum per resurrectionem Christi, contra hoc
uenenum, quod nobis erit innoxium, & tantum
illi exitio, qui id nobis miscuit & paravit.

Itaq; incipiētibus nobis credere in Christum,
ipsa potio parata & exhausta est, qua uenenum
illud excluditur, quo cor & conscientiam meam,
atq; ipsum etiam corpus intoxicauit. Hoc ex ma-
ledictione nos eripuit, ac uenenuū ipsum, quod in
nobis est, Diabolo infudimus epotandum, quo ipsi
mors quoq; nostra exhauriēd: est. It: i in Baptismo
et cœna Christi salutiferā potionē bibimus, que ue-
nenuū nostrum excludit et tollit, nec me, sed illum
qui me occidere uoluit, perimit. Ideo figuratis uer Deus cur uen-
bis loqtur, quibus Deus seipse uenenuū uocat, non nenum se uo-
cōtra nos miseris homines, qui ante morti et pesti cet.
lēti e subiecti sunt, sed cōtra mortis et inferni ue-
nenuū, ut in le nos cōsolemur, q; eiusmodi uenenuū

HOMILIAE D. MART. LVT.

¶ plagas sentimus. Atq; ut sciamus ita nos Deo curæ esse, ut prorsus cogitet illud per Christum ex anima & corpore nostro eximere, & morte ac Diabolum crudelissime vindicare.

Iam uero pestis ac uenenum eiusmodi mors est, que non euestigio & in ipso momento interficit, sed sensim totum corpus pertransit ac pene trahit, donec ad ipsa præcordia uentum fuerit. Ita facit etiam Deus, qui uictoriam de subacta morte & prostrato Diabolo repente auferre non statuit, sed sinit aliquandiu hanc prædicando proclaimare propter electos, quibus adhuc nascendit est. Interim potionem parat ac miscet, ut sit purgatio seu pharmacum, quo recreemur & corroboremur, Diabolo autem letale uenenum. Sicut medicus ægroto potionem haurienda ministrat, quæ ægrotanti sit saluti, ipsi autem morbo seu se bri exitio. Vnde non inepte suum pharmacum uenenum seu pestem uocare potest, sicut & hoc loco uocatur, uenenum ueneno pellitur, & pestis pestem perimit.

Non aliter in Christianismo agitur, ubi Verbum, Baptismus, & Sacramentum eucharistiae distribuitur, nec aliud prædicatur, quam quod Iesus Christus mortuus est & resurrexit. Hec unica est medicina contra peccatum & mortem, qua

quotia

Deus cur
mortem non
repente au
ferat.

Quotidie nobis utendum est, ut uenenum ē corde expurgemus, & ut ē morte & inferno liberati ad uitam æternam ueniamus. Hoc ille nobis promisit, atq; prædicandum & credendum nobis mā davit. Interea loci per hæc semper in nobis operatur, ut instar fermenti (sicut Christus Math. 13. inquit) peruadat, ut cor in fide crescat, & hanc uitam cum omnibus suis afflictionibus contemnere & uincere discat.

Et hæc uictoria dicitur, qua mors est absorbenda, ita ut hanc non metuamus amplius, tanquam in ea simus mansuri. Iam enim cor Euangelio ita perfusum, ut non poscit non morti uenenum esse præsentissimum, & hoc mortem imdies magis atq; magis debilitat, ipsiq; suas uires admittit, donec prorsus intereat & nibil sit. Quanquam enim in nobis nondum omnino absorpta est, tamen uictoria per Christum iam parta est, & nostra facta per communicationem Euangelij, Baptismi, & per fidem, Quibus omnibus in nouissimo die illam extincturi sumus, ubi ueteri, terrena & corruptibili tunica exuta, nouā ac coelestem induerimus. Ita ut perpetuo in uita maneamus, & uita in nobis tā uisibiliter et sensibiliter, sicut iam contrariū uidemus & experimur, morte in nobis esse, et nos in eam penitus immersos, et

HOMILIAE D. MART. LVT

apparet uictoria tota sua esse, siquidem ipsa ut mū
di regina & domina, καὶ ὡς προνοδεμάτως
uiolentissimus nos oēs per uicem absorbet & de=
uorat usq; in nouissimum diem. Nihilosecū tamē
Sacra scripture instructi scimus, uictoriām per
Christū ipsi esse ademptam, & eū ipsum, qui no=br/>bis hanc peperit, mortem absorbusse. Vnde &
nos ipsius opera et beneficio iam spiritualiter ui=br/>cimus, ipsius uictoriae facti participes, qua freti
etiam post hac mortem sepeliemus, & ita abolebi=br/>mus, ut de ea ne uestigium quidem cernatur, ac tan=br/>tum uitæ & saluti locus relinquetur.

Ac tum uerū tempus ueniet, quo nobis letiſti=br/>mis animis & gratulationibus iactare & gloria=br/>ri licebit, Vbi tuus est mors aculeus? ubi tua infer=br/>ne uictoria? Quin etiam procatius illi insultare li=br/>cebit, ἀγέ ω θάγατε ἀνδροφονώτατε, καὶ
σὺ ἄδη ἀπληρώτατε, καὶ σὺ διάβολε κα=br/>κιστε, si lubet, mordete me, iugulate, laedit me. Va=br/>bi nunc estis uos uoratores hominū? Ad hunc mo=br/>dum tum mortē, infernū, atq; Diabolum ludibrio=br/>habebimus. Et sicut nunc omnibus nobis salse &
mordaciter insultant, age si potes rictus meos ef=br/>fugias, ita tum demū fortuna uersa & mutata nos
uiciissim illis illudemus & insultabimus, perpetuo
magna cum fidentia idq; arrogantiissime dicturi.
Sine

Sine uideamus, quid iam iugulare queas? Iam qui
 demuis tua cōpressa & cohercita est, & tibi ipsi
 summo cum dedecore & ignominia hic iacentie
 est. Atq; huius uictorie triumphus iam in Christo
 coepitus est, qui sine intermissione morti hanc can-
 tilenam occinit, Et tu mors me quoq; semel cruci
 affixum neci dedisti, & sepelisti, pedibusq; pro a-
 nimi tui libidine me calcasti, existimans te iam ui-
 cisse, & me deuorasse. Sed ubi iam manes? age si
 quid potes, inuade me amplius. Iam enim in cor-
 pore Christi absorpta est uel cum puluisculo, ut
 & nos, qui in ipsum credidimus, idem habea-
 mus, ubi hora uenerit uidendi & sentiendi, quo-
 modo mors cum inferno penitus est absorpta. Iam
 autem illud in fide expectamus, & scimus omne
 id certò futurum, quodq; iam Christi auxilio fre-
 ti, morti & inferno oppedere, & medium (quod
 aiunt) unguem ostendere audeamus.

Aculeus autem mortis peccati:
 potentia uero peccati, lex. Sed Deo
 gratia, qui dedit nobis uictoriā,
 per Dominum nostrū Iesum Chri-
 stum.

Hæc uerba pro cōcluſione tanquam obiter ad
 iecit, ad declarandum aculcum seu stimulum, &

HOMILIAE D. MART. LVT.

de qua hactenus uictoria loquutus fit, per quam
mors absorbetur. Concludit autem hoc capitulum
nō aliter atq; incepit, breui quadam doctrina de
resurrectione Christi. Uepingit autem mortē ar-
matam stimulo seu cuspide qua homines confudit.
Mortis,
Cuspis,
Stimulus,
Aculeus,
Peccatum,
Hanc cuspiderem seu stimulum peccatum uocat, cu-
ius potentiam legē esse confirmat. Et hæc uerba
nobis etiam obscura sunt, et illis tantū intelligen-
da, quibus alia uita cordi est. Nam cetera multitu-
do, sicut nihil sentiunt aut curant, quid peccatum
aut mors est, secure animo morem gerunt, uentri
et gulæ indulgētes, donec de improviso in infer-
num ruant, et quidem opinione citius, ita neq;
hanc linguam intelligit. Christianis autem in se-
ipsis hæc discenda est, quippe qui quotidie non
obscure sentiunt, cuiusmodi uis sit ac potētia mor-
tis et peccati.

Mors quare
occidat.
Proinde diuus Paulus peccatum mortis acile-
um uocat, quibus uerbis ita uult dicere. Si pecca-
tum non esset, tum mors minime nos occideret,
quod autē nos occidit, hoc peccatum facit. Ideo ad
mortē iugulandā et absorbendam maiori uirtute
opus est, nimirū ut id ante quoq; iuguletur, quod
mortē facit, nempe peccatum. Ita sequitur, pecca-
tū mortis esse telum aut stimulū. Quam diu enim
homo ita uitam transigit, ut peccatum non sentiat
neq;

neque curet, tum nec mortem sentit aut pertimescit. Veniente autem horula qua trepidat et iam mori cogitur, tum statim preceps est peccatum, quod illi insurrit, Vae tibi quid fecisti? quoties tuis nefariis flagitiis Deum exasperasti? Tali ariete cor de recte concusso fieri non potest, quin homo animum desponeat, et nisi mature sic trepidanti et desperanti succursum fuerit, in ipsa desperatione etiam moritur. Siquidem mala conscientia non est onus portabile, quum hominem recte ap= **Mala conscientia**prehenderit iram Dei sentientem. Quemadmo= **tia onus im-**dum uidemus cōplures tali trepidatione et despe portabile. ratiōē consternatos subito cōcidere, aut sibi ipsis mortem cōsciscere. Est enim eiusmodi cuspis aut stimulus, qui humanum cor penetrat ac sauiat, ut corporis et animae separationem inducat.

Et hoc diuus Paulus innuit, quoties de peccato loquitur, num irum quod uere peccatum dicitur, Peccatum quan non tantum opus factum et perpetratum, sed do uere pec quod uiuit, quo cor terretur et conscientia. Quam catum diu enim iacet tanquam dormiat, nec mordet aut pungit aut grauat conscientiam, non est uere peccatum. At enim ubi se mouerit, ubi cor tetigerit, et animum pupugerit, tum primum scindit et penetrat, adeo, ut nullus mortalium hunc aculeum ferre queat (licet de leui aliquo delicto sit)

HOMILIAE D. MAR. LVT.

Si non per Euangelium iterum consolationem accepit, & obligato uulnere sanatus fuerit. Igitur querente te unde mors ueniat, aut qua nam re homines tam facile exanimet & iugulet: tum hic audis nihil aliud hoc efficere quam peccatum, quod nihil aliud est, quam mortis cuspis illa letalis, in tonitrua & fulmina, quibus mors perimendis hominibus suum opus exequitur.

Vnde autem uenit Peccatum, aut qui sit quod Peccatum un tantæ sit potentia ad iugulandum et occidendum de accusis illis. Ego tibi expediam, inquit, Potentia peccati lex nostra tanta. Quis autem hoc unquam de lege Dei quæ bona & sancta est, & à Deo data et ordinata, fando audiuit? Ipse tamen Paulus sic audet dicere, peccatum omnino fore imbecillum & invalidum, si lex non esset. Hæc peccatum facit potens & validum & acutum, ut punctum ac cæsim lædat, alioqui peccatum perpetuo iaceret & dormiret, si per nos staret. Verum enim uero Deus illud per legem nouit probe excitare, cum horule ueniendum, qua peccatum pungere & mordere oportet: ac tum in Lex. momento oculi in tantam crescit magnitudinem, ut à nemine portari queat. Lex enim plus quam Stentore a uoce cor conterret, ac peccatorum tuorum catalogum tibi recitat. Audis ne? hoc illud contra præceptum Dei impie & nefarie commissi,

misisti, ac totam uitam tuam perdite transfigisti: et hoc tua ipsius testatur conscientia, nec inficiari potest. Iam peccatum suam uim & potentiam habet, in tantas angustias te adigens, ut quo te uertas nescias, ac demum ita diu te agit, angit & vexat, donec animo concidas, & tibi in desperationem lapsi amplius nullum suffugium, nullus receptus relinquatur. Lex enim est potentior, quam ut huic par esse queas, cui tua ipsius conscientia auxiliatur, & te ad infernum condemnant. Ideo peccatum nihil opus habet, nisi lege Dei, quae si in hominis animum uenit, illico peccatum uiuere incipit, ac quandocunque ipsi uisum fuerit, hominem necare potest, si non uictoriam pro sui tutela apprehenderit, quae est Christus Iesus Dominus noster.

Cum autem lex tantum malorum operetur, cur eandem Deus tulit? nonne fuissest prestatilius nullā omnino legē esse? Sane prestatilius fuerat, neque tamen illa carere possumus. Quia non quadrat nec conuenit, ut Deo uita nostra illa impia, dissoluta & inordinata placeat, ac nos nostro more semper uiuere sinat: Quanq; erga nos oēs multū sit longanimis et patiēs, ac sibi patitur severitatis suae aciē quasi hebescere. Complures quoq; ita finit uiuere, ut nunq; legē aut peccatum

Lex cur data
cum operetur
mala.

HOM. ILIAE D. MART. LVT.

sentiant, & ne semel quidem diuinæ iracundia
sint memores, sed insuper eos quoque contem-
nunt & deludunt, qui ipsis imminentem mor-
tem cogitandam prædicant & infernum minan-
tur. Veruntamen postremum illis demonstra-
re cogitur, quid cum lex tum peccatum possit, ne
semper ut rem ioculariam ista respuant. Si quis-
dem nouit aliquantis per conniuere & dissimula-
re, ceterum hora ueniente qua lex animum pro
suo officio recte quatit & impetit, & te domini ui-
sit, ac transactæ uitæ rationem exposcit, tum ip-
sius impetus non ita uentis & auræ discep-
dos mandabis, sed eiusmodi querimonie & ciula-
tus sequentur, Heu me miserum, uero mihi perditus,
quid feci? quo me uertam? ubi terrarum aut genti-
um manebo? Ac tum primum in talibus angustijs
positi uidemus legem potentia esse peccati. Eam
ob caussam illam alibi legem mortis, & officium
mortis nominat, quæ mortem docet, & mortis
caussa est. Et si extra hanc dia doctrina aut præ-
dicatio non esset, nec administratio, tamen hec
una satis esset, cuius prædicatione homines occi-
di queant.

Lex mortis
causa.

Harum autem haec est series et consequētia. Lege
cor illustrante & peccatum demonstrante, pecca-
tum reuiuiscit & fit ualidum, & hoc ipsum mor-
tem

tem comitem secum adducit. Ideo recte dictum est, mortis aculeus peccatum est, quippe quod solum necat, et nihil aliud. Peccatum autem aliunde non uenit, nisi per legem, non quod lex peccatum primū apportet aut faciat, antē enim praeſto est, quam lex uenit, ac semper manet, est enim nobiscum natū, et nos in illo concepti, sed q̄ non reſte et efficaciter cognoscitur et sentitur, nisi per legem excitatum fuerit. Hec autem ueniens nobis ostendit, quod in peccatis prorsus demersiſſimus, et in summa indignatione Dei iaceamus: ut dicere cogamur cum diuo Bernardo, In amoenis ſimis roſetis ſedere me exiſtībam, ignorans in medio Latronum ſedere me. Porrò hoc corde ſentiente, tum ferre non potest, nihil enim uidet aliud, nec ſentit aliud quam letaliſſima ſpicula, quibus transuerberatum mori cogitur. Ac tum demum diſcimus, quam nihil operibus actum fit aut peccatis abolendis aut legi ſatisfaciēde: nam hominem ita illaqueauit, ut ſemet euoluere nequeat, nec ulam ſatisfactionem accipit, quicquid tandem facere instituerit: et quo impensiſſus operibus faciendis ſe diſcruciat, hoc peior ipſius fit conditio.

Illud autem unice prodest, et nobis est ſolatio et auxilio, quod Paulus dicit, Sed Deo gratia, qui dedit nobis uictoriam per Dominum nostrum

S. Bernhar-
dus.

HOMILIAE D. MART. LVTH.

**Christus legi,
peccato &
morti, pro
nobis satisfe-
cit.** Iesum Christum. Et hec alia doctrina est atq; Mo-
si, consolationem Christianorum indicans contra
stinulum mortis & potentiam peccati ualentem.
Hoc enim uerum est, & iuste sit, atq; adeo sic fieri
debet, ut lex peccatum tuum tibi demonstret, teis;
accusat et reum faciat. Unde etiam peccato ius est
te perimeridi, et morti uista potestas te absorben-
di. Et contra hoc nulla ualeat disputatio aut con-
tradictio: ibi enim contraria testificantur cum tua
propria conscientia, tum uerbum Dei. Illud uis-
tum nobis in his angustijs uersantibus auxilio es-
se debet, quod Dominus noster Iesus Christus ue-
nerit, & peccatum ac mortem, que iure optimo
nobis luenda forent, in se portanda transfluerit.
Et iam ille pro nobis apud patrem contra legem,
peccatum & mortem intercedit, & inquit. Ego
eiusdem sum carnis & sanguinis, & illi mihi fra-
tres sunt atque sorores, quicquid illi admiserunt
hoc expiaui, & pro illis pependi. Iam lex si hos
damnare uolueris, me damnare peccatum, si uis hos
pungere, me punge: mors uis hos deglutire &
absorbere, tum me absorbere. Sicut hæc omnia fan-
cta sunt, quando staret pro tribunali ante Pila-
**Christus cur-
se uocet pec-
catorum.** tum iudicem, ibi ut peccator & facinorosus accu-
sabatur, & capit is damnabatur. Sicut se ipse in
scriptura peccatorem nominat Psal. 41. Ego dixi
Domine

Domine misere mei, sana animam meam quia pec-
caui tibi, Et Psal. 68. Opprobria exprobrantiū tū
bi ceciderunt super me. Hoc est, quicquid aduer-
sus te deliquerunt, propter quod mortem comme-
ruerunt, ea ego feci. Et hæc causa est, quare lex il-
lum adorta est, & damnavit, tum quamobrè pec-
catum illum cruci affixerit & necauerit, et mors
sepelierit, omnia prorsus in eo facientes, quæ po-
tuerūt. Nam Deus proprio filio suo nō pepercit,
inqt Paulus, sed pro nobis oībus tradidit illū: un Rom. 8.
de fatis liquet Legē, Peccatū, mortē in Christo om-
nem uim & potentiam suam tentasse.

At qui his omnibus nondum effecerunt quod
uoluerūt: nam eo ipso tempore, quo putarunt iam
Christum esse extictum, & se uicisse, ille è sepul-
chro emergit, atq; ita legem, peccatum & mor-
tem alloquitur: An nesciebas me Dominū & De-
um tuum fuisse? quid iuris habuisti mei accusandi
& occidendi? Itaq; nihil tale in posterū facietis,
sed ipse uos accusabo & dānabo, atq; ita è medio
tollam, ne quid iuris erga quenquā in me creden-
tem amplius habeatis. Nam ea quæ feci, in illorum
gratiā à me facta sunt. Neq; enim pro se opus
habuit, quem nec lex nec peccatū nec mors unq;
impetrere ausa fuisset. Iam uero in locum nostrum
progressus est, et nostri gratia legem, peccatū &

HOMILIAE D. MART. LVT

mortem in se prouocauit, quæ non tantum à no-
m̄ Christo bis sustulit, sed prorsus superauit, & pedibus suis
omnes inimi subicxit. Quā nobrem uero hoc? Ut hi acerbiſimi
ci nostri supe inimici nobis superati sint, nec quicquam iuris &
rati.

potentie amplius in nos obtineant. Itaq; in Chri-
sto uidemus nobis summam uictoriam esse par-
tan, & propositam, iam quidem in fide spirituali-
ter, postea autē quoq; corporaliter & uisibiliter.

Ex his iam supra dictis Christiano discendum
est, ut h̄ec tenaciter infigat animo, ac diligenti u-
su & agitatione exerceat, ut cū res in certamē
adducta fuerit, & lex te accusare coepit, pecca-
tum autem necare uoluerit, inque rictum inferni
præcipitare, et tua ipsius cōscientia cōtrate ferēs
testimoniiū dixerit, Hoc nefandum facinus fecisti, il-
lud nefarie peccasti, totus coopertus es grauiſſi-
mis sceleribus, & morte dignus, contra dicas &
audacter respondeas, Evidem uerum est, nec in-
fior me esse peccatorem, & mortis supplicium
abunde commeruisse: huc usq; tui iuris authori-
tas se extendit: Quod autem ideo me damnare
uelis & occidere, illud, sicut spero, nondum faci-
es. Et hoc tibi prohibeat Christus Dominus me-
us, quem innocentem & immentem accusasti et
occidisti, Quo iniurioso impetu omne ius tuum
erga me & reliquos Christianos amisisti: neq; ea-

nim sibi, sed mihi peccatum et mortem iuxta per =
tulit & superauit. Quocirca nullam accusatio-
nem tibi concedo, nec quicquam iuris permitto,
sed potius aduersum te ius mihi uendico, quod
me sine causa inuadere cogitas, cum antea per
ipsum damnata & superata sis, ut me missum fa-
cias, nec quicquam accusationis innocentis inten-
tes. Et quanquam secundum carnem iam mihi
queas manus iniucere & deglutire, nihil tamen
hac re lucraberis aut efficies, sed tuum ipsius
simulum ipsa deuorabis, qui te & suffocabit.
Neque enim amplius is vir sum quem queris, ut
filius hominis, sed filius Dei, Siquidem in Christi
sanguine & eius uictoria baptizatus sum, et omni-
bus eius bonis iam uestitus,

Ecce ad hunc modum Christianus se munire
debet cum uictoria Christi, ac fugare Diabolum, Christianus non
cum Diabolo.
nec ullam cum eo disputationem suscipere, sed di-
spandum
tere, Vnde uero hoc tibi sumis, ut hominem Chri-
stianum accuses & affligas? An meum Dominum
ignoras? atq; adeo eius potentiam? Est autem na-
bil factu melius, modo qui id facere queat, quam
omnia illa que Diabolus conterrendae consci-
entie gratia nobis suggesterit, confidenter & cum ga-
dio contemnere & dicere: Si malus esse uolue-
ris, alium antagonistam, quo cum certes, tibi que-

HOMILIAE D. MART. LVT.

re, mecum non certabis. Si animi praesentia uales, & tibi omnino aninus est pugnare, tum ad rum ascende, qui suprasedet ad dexteram Patris, ac cum illo pugnans congrederetur: coram illius tribunali me accusa, si quid contrame iuris obtimes, & quid sis lucratus. Sed istuc uenire deatrectat, nouit enim causa cecidisse se, & iam damnatum atque peremptum esse, ideo huius iudicium auersatur, non secus atque crucem. Sed ad scorces illos & immanes homines non uadit, quibus mors & peccatum curae non sunt, quippe qui prius sui sunt. Nobis solis, qui Christum quaerimus, facessit negocium, his diu noctuque perniciem mortitur, ut Christum e corde nobis eripiat, ac peccato & morte consternat, quibus oppressi desperamus & succumbamus. Quapropter hac uictoria nobis uicissim abigendus est, quam in Christo habemus: & nos ita Christi propugnatione munire debemus, ne qua ad nos impressionem facere queat. Scit enim omnes suos conatus esse irritos, si si de constanti in Christum muniti fuerimus.

Et haec est illa pulchra doctrina & plena consolationis Christianis tradita, quomodo a stimulo peccati, quo occidimur, & a legis potentia tales stimulum in nos exerceente, liberemur, nimirum per uictoriam Christi, donec prorsus in omnibus abolimur.

Homines securi & fero-
ces à Diabo-
lo cur tuti.

abolita fuerit. Huc iam pertinet finis cantilenæ,
Deo sit gratia, qui dedit nobis hanc uictoriam per
Dominum nostrum Iesum Christum. Hanc nos eti-
am canere possumus, & Pasche festiuitatē indeſi-
nenter celebrare, ut pro tali Victoria Deum per-
petuis laudibus extollamus, quæ non per nos aut

Victoria in
Christo parta
laudibus ue-
benda.

nostro certamine est parta (est enim maior atq;
sublimior, quam ut humanis uiribus paranda sit)
sed à Deo gratuito nobis concessa, qui nostræ ca-
lunitatis, ex qua nemo nos eripere potuit, miser-
tus est. Propterea Filium suum cœlo demisit, &
huic certamini obiecit, ille inimicos istos Pecca-
tum, Mortem, infernum, Diabolum prostravit, et
uictoriam consequutus est, & illam nobis dedit.
Vnde optimo iure dicere possumus, illam uictori-
am nostram esse, & tantum ualere, ac si hanc ipsi
nos peperissimus. Illud tantum uidendum est no-
bis, ut hanc serio & ex corde nobis uendicemus,
nec Deum mendacij coarguamus, sicut illi facere
consueuerunt, qui suis ipsorum operibus pecca-
tum & mortem uincere decreuerunt: & ne pro
tali uictoria, in qua salus nostra sita est, etiam in-
grati & immemores reperiamur, sicut efferi il-
lic & falsi Christiani faciunt, sed firma & immo-
bili fide illam cordi impressam retineamus, &
nos in tentationibus corroboremus: Atque ut

HOMILIAE D. MART. LVT.

nunquam non eiusmodi gratiarum actiones pro
tali per Christum parta uictoria exerceamus,
qua demum freti alacriter et summo cum gau-
dio emigremus, donec eundem in ipso quoque
corpo nostro uideamus. Quod ut nobis certo
contingat, faxit ille Deus Opt. Max. per
dilectissimum Filium suum Iesum
Christum, cui sit honor et
gloria in eternum
Amen.

F I N I S.

FRANCOFORTI EX
Officina Petri Bru-
bacchij.

ANNO M. D. XLV^a

PSALMVS XVI. Confere
ua me Domine.

(tis

Cum mihi sit reliqua misero spes nulla salu-
Te sine, q̄ rerū maxima sceptra tenes.
Custodi tibi confisum, tua sola uocantem
Numina, seruatum me pater esse iube.
Nam mihi persuasi, Domino sic dicere ut ipsi
Auderem, Dominus tu mihi solus eris.
Te propter duros potui tolerare labores,
Nam sine te requies non uenit ulla mihi.
Precipui mea cura & maxima gaudia sancti,
Qui terras, & adhuc corpora uiua colunt.
Multā alij statuunt falsorum numina diuū,
Illorum statuas quas uenerentur habent.
Quorum ego que fusi libamina sanguinis edunt,
Non sequar, aut laruis accipienda feram.
Præterea ipsorū nunquam mea lingua loquetur
Nomina, Lethæos digna subire lacus.
Tu mihi diuitiae Deus es, tu larga bonorum
Copia, tu fluxas ante, refundis opes.
Quam mea sors fœlix cecidit bene, q̄ mihi cornu
Copia ceu patrias diuite fudit opes.
Perpetuo Dominum laudabo & carmine dicam,
Qui mihi & auxilium consiliumq; dedit.


Insuper insomnes eogebar ducere noctes,
In quibus affectus me erudiere mei.
Non secus ac uideam Dominū, sic semper eundem
Cogitat hic animi candidus huius amor.
Hunc mihi nō adimunt noctes, non tēpora lucis,
Nam prope adest, partes adserit ipse meas.
Ille mibi à dextra prope adest ne forte laborem.
Hoc duce uis poterit nulla nocere mibi.
Ergo lētitia perfusus gaudia sensi,
Quanta uoluptatum pectora plena solent.
Exiluit uelut aucta meæ noua gloria lingue,
Et caro non dubia fpe solidata mea est.
Nam nec apud Stygias, Plutonia regna, paludes,
Villa animæ statues dura ferenda meæ.
Nec sancti fœdanda tui dabis ossa sepulchro,
Quod carni ex aliqua parte nocere queat.
Ad uitam quo dicit iter monstrabis, & omni
Lēticia facies me tua iussa sequi.
Lēticie stant ante tuos & gaudia uultus
Perpetuo, & dextræ gloria iuncta tue.


F I N I S.





1535 pg 1











906

cara i corporis minor aut major fuit
 t tubigdios aut albior aut hundior ac
 misur. **F**ructuacere i cunctacere pue
 dolentes ples aut panis a subi i osua
 se sicut eorum. **S**ea nō q̄q; p uare et
 auer i palam quib; cēbi expi. **G**af
 q̄na b; aut q̄li b; aut pib; pūntuoli
Emōia ḡniseor que nō pū uām.

Et mōlie aut rōpū adici aut sc̄i in hora i
 s̄ nō cūcūt q̄q; to i p̄tūcēmū filii cuius ēē
 appendit p̄t̄ p̄t̄ aut p̄t̄ aut cali aut p̄t̄ q̄ q̄lē
 busus cohīt̄ s̄-p̄t̄us ut fuit in hora nō sūm i nūdor
 q̄ est plus q̄ opt̄ aut m̄l̄q̄ i p̄t̄ a mōbi i ḡm
 dūt̄ q̄i conat̄ hō ut mōneat̄ i mollii i deblitas ne
 hemēs i recen̄ m̄l̄b̄x i euā eor̄ ill̄ q̄o s̄-m̄l̄p̄
 op̄. **I** & euā s̄m̄l̄ ex ousta uenit̄ q̄s̄ m̄l̄
 i mūlū i delecta p̄t̄ q̄o s̄ i būbū q̄i est dūca
 ab eo p̄t̄ cūt̄ ēē o s̄p̄a uām q̄i uāt̄ egnē su
 tuūt̄. **C**et gr̄ hebe sto m̄t̄ q̄i nūt̄ eā nō ēapt̄ uāt̄
 nō p̄t̄ obliuo accūp̄ ei q̄i sc̄iut̄ i ex ip̄o i t̄p̄n̄
 q̄i m̄eo est ex p̄waḡnācē i m̄dib; plus q̄ s̄ut̄ au
 ter i audit̄ i rotator̄ i usq̄ q̄i vult̄ eoī angūi

cōcēdit i bībit salītī amē aut mē ad
reclūtī mōrōbī aut cēnēt pētī cēcītī salītī
qīa aliq̄ hōtī mōrō.

Aut oī ypo m hō de hīmūbī q sī osuī
s illud q mōtē hīmūn nī pōtū m
ex hīmūbī cēnēt mōrōbī hīmūp vīcēnēt m

Neqd̄ odōrātū uō qū aliq̄ cē
vīnā q̄lī tē odōrātū nllō pīncē
oīcōtī aut cēfēntē plīma i dīmē
ut sīlīa cēntū pīnq̄ uō oīo pīncē
i nllī aut fētōr alit̄ hīllo pīncē

Cet odōrātū qū cēnēt hō odōrē vīnā tē
m pīncē e ad q̄ odōrēt aut aplīdūt m
mīlē dīmē i cēnēt ex oībīcīt odōrē vīnā i qū
cēnēt hō ex odōrē ad pētīt aut cēnēt odōrē
i nōtēt m pīncēt i ad fētōr

Outētō mītīt oīd̄ pīmod mītētō
q̄tēt pīd̄ q̄ resolūt ex hīmūbī cōtēt
mōrōt qū pīmōt mōrōt qū oīd̄t qū oīt mōtēt
mīlēt resolūt ex eo mōrōt i apīhēdīt oīd̄t cōtēt

Neqd̄ au mītīt uō cōtēt i līt̄ pīt̄
Cēnēt pīx q̄ pīt̄ i hīt̄

et p. f. 111.
Qui disponebit
distruuere capi-
tioz. distruuere h. 1.
In p. m. h. 1. p. 1.
I. e. p. 1. h. 1.
Qui d. a. d. 1. h. 1.
Distruuere
Quae glori- 10 1. 1.
milia tunc 1. 1. 1.
qua luna angua
maco q. 1. 1.
4. Dne. 1. p. 1.
l. 1. 1. 1. 1.
tribus v. 1. 1.
ubri tunc 1.
d. 1. 1. 1.

Hoc sacerdotem
diobz cura plu-
scentia 1. 1. 1.
talis illi qui q. 1. 1.
xv. 1. 1. 1. 1. 1.
f. 1. 1. 1. 1. 1.

Sacerdos
in cura
f. 1. 1. 1. 1.
f. 1. 1. 1. 1.
f. 1. 1. 1. 1.
Tribus
f. 1. 1. 1. 1.
f. 1. 1. 1. 1.

...tum. Et quod
propterea est ut illi
vngui aduentu i' de
cisi sunt. Et uirginis cor
... ut illas qm pauli
loco i' nos monitum
ligno & vnguis qm
ad i' dyabolus tamq
e homines trahi qm esse que
nunt. Cu' i' sibi. Fortes
et aliud ab statute qm
familiis que. sed
vnguis vnguis. et
p' fodi cornu
... te o'ndat.
... qm sp' ee d' e
familias ei' un
im' e' i' corp' & officia omnia
q' vno p' familias q' q' q'
familiis. E' more i' p' fidei
i' p' fidei. Sin' domini p' fidei
n' p' fidei & i' p' fidei i' p' fidei
i' p' fidei. Sicut dicitur
i' p' fidei. Et admetit
vngui vnguis & no
net p' fidei cornu sua. Et ab
i' p' fidei. Sedulo diem me
o suspirat sine trahere
o etiam p' fidei vnguis &
3. Familias e' fidei. Et p' fidei
p' fidei. Et p' fidei. Et p' fidei
fao' fidei. Et p' fidei
i' fidei. Et p' fidei. Et p' fidei
i' fidei. Et p' fidei. Et p' fidei

